 τίς αὖ δὲ φρογῶν ἔσθ' ἀνάστα
 πολμήσθεν εἶναι; οἱ νέοι μὲν ὄντες,
 τοῖς σώμασιν ἀδύνατοι εἰσι.
 πεισθούτεροι ἢ χυρόμοι, ταῖς
 ψυχαῖς ἀσθηταί. ἀπίνως μὲν

honestum. [Hactenus Budæus. Reliqua Bessario conue-
 rit, hoc modo.] Quis igitur, cum aliquid dicas, cre-
 deret tibi? aut cum indigeas, quicquam tibi præsta-
 ret? Aut quis suæ compos mentis voluerit inter tuos
 connumerari, qui in iuuentute quidem corpori-
 bus debiles, in lenio vero amentes efficiuntur? cui
 adolescentia

exquiris: ut bibas it
 suaviter, vina pretiosa c
 mens: æstate (si diis p
 cet) undique niuem ex
 tens: iam vero iucunde
 sopiare, non molles me
 lectos sternendos tibi loc
 sed lecticas etiam ipsas p
 liculas, earumque scan
 facienda tibi mollia cui
 nimirum quæ non son
 laborisque vicissitudine
 stitueris uti, sed ideo d
 mire, quia nihil aliud l
 beas potius quod faci
 tum venerem ignavam
 quisitis machinamentis
 eas, suapte vi immota
 Enquæ tui discere ex te
 mici cupiant, ut per las
 uiam noctes, dici op
 mam partem per sopore
 exigant. Quocirca immo
 talis cum esses, ex deoru
 curia eiecta es: a morta
 bus quoque despecta, q
 probitate censentur. der
 que orbata simul acroam
 te iucundissimo, laudari
 ut nunquam audieris: sim
 spectaculo sane visendo, ni
 quam ut opus aliquod tu
 spectaris aut pulcrum, a
 adolescentia

descendentiam cum pigritia in
 etis peragant, in senio au-
 multis laboribus & insu-
 mitatibus confringantur:
 que verecundati super his
 egerunt, non tamen mi-
 super his quæ agunt gra-
 tur: tanquam qui in iu-
 tute omnibus voluptati
 affecti, in senectutem sibi
 nia molesta seruarunt. Ego
 sum quidem cum diis,
 am vero bonis hominibus:
 ilque operis boni, neque
 ini, neq; humani, sine me
 potest: magisque aliis o-
 mbus, & apud deos, & apud
 nines optimos, honoribus
 or. Etenim desiderata co-
 ratrix artificibus sum, fida
 norū dominis custos, be-
 iola famulis patrona, ope-
 n quæ pacis sunt bona cos-
 nutrix, bellicorum vero fir-
 ssima socia, amicitia opti-
 consors. Ad hæc autem,
 is necessariis suavis atque
 ota cibi potusq; fruitio est:
 spectant enim, quousq; alia
 siderēt. Somnus autem vor-
 otuosior illis, quam otiosis
 enit: & neque excitati mo-
 te ferunt, neque ab illo de-
 ati, quæ agenda sunt, negli-
 nt. Iuniores autem gaudēt
 iorū laudibus: seniores ve-
 lætantur iuniorū honorib.
 es quoq; gestas a priscis iu-
 ndissime memoria repeten-


λιπαροὶ ἀφ' ἡ νεότητος τρε-
 φόμενοι, ἐπιπόνως δὲ ἀχρη-
 ροὶ ἀφ' ἡ γήραος παρῶντες,
 θεῖς μὲν πεπερασμένοις ἀχρη-
 νόμενοι, θεῖς δὲ περατομένοις
 βαρυνόμενοι, τὰ μὲν ἡδέα ἐσ-
 τῆ νεότητι ἀφ' ἡ δρᾶμοντες,
 τὰ δὲ χαλεπὰ εἰς τὸ γῆραος
 ἀποτέμενοι. ἐγὼ ὅ σῶειμι
 μὲν θεοῖς, σῶειμι ὅ ἀνθρώ-
 πους τοῖς ἀγαθοῖς. ἔργον ὅ
 καλὸν ἔτε θεῖον, ἔτε ἀνθρώ-
 πινον χωρὶς ἐμῆ γίγνεται;
 ἡμῶμαι ὅ μάστιγα πάντων
 καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρὰ ἀν-
 θρώποις οἷς παροσκήκει ἀγα-
 πητὴ μὲν γὰρ σωτηρὸς τε-
 χνίταις, πίσῃ δὲ φύλαξ οἰ-
 κων δεσπόταις. δὲ μὲν δὲ
 παρὰ γὰρ οἰκέταις, ἀγα-
 θῆ ὅ συλληπτεῖα τῶν ἐν εἰ-
 ρωμῇ πόρων, βεβαία ὅ τῶν
 ἐν πολέμῳ σύμμαχος ἔρ-
 γων, δρῖση δὲ φιλίας κρινω-
 νός. ἐστὶ ὅ θεῖς μὲν ἐμοῖς φί-
 λους, ἡδέα μὲν καὶ ἀπελά-
 γμων σίτων καὶ ποτῶν ἀπό-
 λωσις. ἀέχονται γὰρ ἕως αὐ-
 ἐπιθυμήσωσιν αὐτῶν. ἕκτος
 οὐ αὐτοῖς παρῆσιν ἡδέων, ἢ
 τοῖς ἀμύχθοις: καὶ ἔτε ἀπολι-
 πόντες αὐτὸν ἀχθονται, ἔτε
 ἀφ' ἡ τῆτον μεδιῶσι τὰ δέον-
 τα πράττειν. ἔ εἰ μὲν νεοῖς θεῖς
 τῶν περὶ στυτέρων ἐπαύνοισ
 χαίρουσι: οἱ ὅ γεραίτεροι, ταῖς
 τῶν νέων ἡμῶν ἀγαλλονται,
 καὶ ἡδέως μὲν τῶν παλαιῶν
 περὶ ἀξίων μεμνημένοι. οὐ δὲ

ζῆς παρ' ἑσῶς ἤδονται πρᾶτ-
 τόντες. δι' ἐμὲ φίλοι μὲν θεοὶς
 ἄνθρωποι, ἀγαπητοὶ δὲ φίλοις, ἴ-
 μοιοι δὲ πατρίσιν. ὅτ' αὖ δὲ
 ἔλθῃ τὸ πεπρωμένον τέλος,
 εἰ μὲν λήθης ἀτιμῶν κῆνται,
 ἀλλὰ μὲν μνήμης τὸν αἰὲς
 χρόνον ὑμῶν κέροι θάλασσοι.
 Ἐξαυτῆς τοῖσι πᾶσι τοκέων ἀ-
 γαστῶν ἠρώκλεις, ἔξῃσι δὲ
 πονησάμεναι, τὴν μα-
 κροχρῶν τῶν δὲ
 δαιμονίαν κε-
 κτῆσθαι.

do, non minori cum iucun-
 ditate res eis præsentes
 gunt: quas ob res diis a-
 desiderati amicis, hono-
 les patriis efficiuntur.
 vero fatis datus finis per-
 rit, non obliuioni tradit
 honoribus iacent: sed mo-
 ria hominum commer-
 in æternum florent. Hæc
 Hercules, inquit, bono-
 parentum fili, sudoribus
 exercendo beatissima
 felicitatem habere.

F I N I S .

HIER



HERONYMI WOLFII
 ANNOTATIONES IN ENCHIRIDION EPICTETI.

ANNOTATIO

In Caput I.

ABTER Angeli Poliani, & Thomæ Naoyi, doctissimorum viri conuersiones, in cūli huius interpreta- quinque codicibus is sum vsus: duobus æ, totidemque Ves, sed ne eodem tem- , nec in eadem officina s: & vno Argentinensiorum neque distinctio um est eadem, & lectio nullis in locis variat. (si quid momenti ha- visa fuerint) annotare n est, vt quid in conuer- o sim secutus, non i- etur. Declarabimus et- paulo accuratius ea vo- la, quæ vt in hoc Opu- subinde recurrunt, ita is doctrinæ Stoicæ fun- ents continent. Sumus m ea distinctioe ca- n vsi, quæ lectoris & itationi & memoriæ modatura videbatur.

ἐφ' ἡμῖν ἐστὶν ὑπόληψις. In
 nostra potestate est opinio.]
 Negat hoc Homerus, quum,
 Cicerone interprete, scri-
 bit:

Tales sunt hominum mentes,
 quali pater ipse
 Iuppiter auctiferas lustraris
 lampade terras.

Homeri versus sic habent:
 Τοῖς γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων
 αὐτῶντων,
 Οἷον ἐπ' ἡμᾶρ ἀγασί πατὴρ ἀν-
 δρῶν τε θεῶν τε.

Sed hunc scrupulum Sim-
 plicius eixmit.

σὰ ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἢ
 κτῆσις, δόξα, δέχα. In nostra
 potestate non sunt, corpus, pos-
 sessio.] Nemo negabit opi-
 nor, non esse nostri arbi-
 trij, vt perpetuo valeat, nec
 vllō incommodo afficia-
 tur corpus. Nam alioqui
 ægrotaret, mutilaretur,
 moreretur nemo. Etsi e-
 nim quidam apud Plinium
 sponsonem cum Fortuna
 fecisse legitur, si vnquam
 ægrotasset: nihilominus ta-
 men lapsu scalarum interiit,

Mafiniffam & Cyrum, ro-
biffiffimos reges, longa æ-
tas extinxit. Iam fi diuitiæ,
gloria, imperia, cæteraque
nobis in manu effent: quis
egeret, male audiret, ferui-
ret? Quis cara vxore, liberis,
amicis orbaretur? Hoc igitur
extra controuerfiam eft, non
effe ifta noftri iuris. Illud
vero cui perfuaderi poteft,
cum noftra non fint, ne ia-
cturam illorum moleftiffi-
me feramus? Ne iis ereptis,
vim & iniuriam nobis effe
factam opinemur? Tanta eft
inconfantia & peruerfitas.
Occurritur autem Epicteto,
Natura nobis effe inffitum
talium rerum amorem: nec
poffe fieri, quin iis amiffis
doleamus. At viciffim ro-
gabit Epictetus: Annon il-
lud etiam natura ferat, vt fe-
pe illa amittamus? an repu-
gnare in eo naturæ, fit viri
boni & fapientis? Frufta
prefertim, & vitro augere fi-
bi moleftias, quæ animi æ-
quitate minuendæ erant?
Opponimus fcilicet philo-
fophis non firmiores ratio-
nes, fed affectus noftros &
prauam cõluetudinem: pro
quibus tanquam pro aris &
focis, & monumentis ma-
iorum pugnamus: maiore-
ne ftultitia dicam, an cala-
mitate? Quod fi dies adimit

hominibûs egritudin
c̄ta ratio cur non a
Cur exempla vulgi,
vitorum fortium & l
tum fequi malimus
queque Natura fert,
affuetudo moleftiam
vnde poeta:

ῥότος μολάξει, νῦν δὲ
εἰσκει κακόν.

*Malum viget iam, l
tempore.*

Esto: fed cur non, vt t
Comico, ita & nobis
tata omnia mala
funt, vt ne quid an
nouum? Nam & ho
Epictetus, & docuer
lim multi, nec obten
fe quenquam pœnitu
non & diuus Paulus r
ita effe vtendum m
quafi non vtamur? N
bitandi, fed commor
cum hic nobis effe d
Sed hæc alibi comm
Illud non alienum
verba quæ obfcurio
dentur, quæque subin
currunt in hoc Opu
declarare.

ἐφ' ἡμῖν ἢ ἢ ὑπόληψι
μῆ, ὄρεξις, ἐκκλισις. In
potestate sunt, opinio, a
tio, desiderium, declin
ὑπόληψις est opinio, ser
tia, persuasio, iudiciu
quod de quaq; re senti
vt, mortem & morbur

am, diuitias & volupta-
 petendas esse, fugien-
 esse flagitium & dede-
 philosophiam mederi-
 nis. ὀρεῖται Cicero alias
 titionem, alias appeti-
 seu appetitionem ani-
 alias motum animi in-
 etatur. Politianus com-
 vertit, ὀρεῖται appeti-
 ἀφορμῆν huius contra-
 est auersatio, cum ani-
 abhorret a re aliqua.
 ὀρεῖται καὶ ἐφορμῆν, ap-
 re, inclinare animo ad
 id: ἀφορμῆν, auersari,
 rtere. Peculiarem enim
 verba vsum habent a-
 Stoicos. Est & ὀρεῖται ap-
 tus: sed Cicero βέλησιν,
 ὀρεῖται exponit, volū-
 m quæ quid cum ratio-
 esideret. Quare ὀρεῖται (ne-
 abulorū numerus immis-
 retur) desiderium verti.
 αἰσιν idem, declinationē
 alis, declinationē labo-
 & periculi, dixit. Simpli-
 hunc ordinē tradit: Cū
 d bonum aut malū iudi-
 aus, omnino commoueri
 linationē aut appetitio-
 subsequi vero ὀρεῖται, quā
 mi concitationē, appro-
 ptis aut improbātis, pro-
 uentis aut auersantis ali-
 id, definit. αἰρεσις est optio
 appetitio, cum Cicero τὸ
 εἶναι optabile & rem expe-

tendā vertat. ἀπείροισι Sim-
 plicius ἀπείροισι αἰρεσις esse
 dicit, cum alia aliis præfe-
 runtur. Quo vno verbo cō-
 mode queat exprimi,

*Grammatici certant, & ad-
 hac sub iudice lis est.*

Barbari prælectionē, alij de-
 lectū, alij ppositum, alij in-
 stitutum, alij voluntatē, alij
 consiliū interpretātur. Nos,
 vt quimus, quando vt volu-
 mus licet. Omnino difficile
 est cum Græcis, præsertim
 Stoicis. certare verborū co-
 pia & proprietate. Quare ve-
 niā ab æquis lectoribus im-
 petratam velim, sicubi Epi-
 cteto & acerrimis eorum iu-
 diciis nō satisfecerimus. Sæ-
 pe enim, eruditis scriptori-
 bus facile est varia vocabula
 congerere: sed eadem distin-
 guere, grammatico aut in-
 terpreti non perinde prom-
 tum. Imo (si, quod sentio,
 dicendum est) ipsi auctores
 sæpe riderent & grammati-
 cos & interpretes, qui earum
 rerum distinguendarum so-
 licita cura tenerentur, quas
 ipsi aut ostentandæ copix,
 aut rei inculcandæ gratia
 congestissent.

ὅσα ἡμέτερον ἔργα. Quæcun-
 que nostra actiones.] ἔργον Cio-
 ceroni est alias opus, alias
 res, alias opera, alias difficul-
 tas. Ego hic ἔργον intelligo.

non munus officij, τὸ κρῖν. κρῖν, in qua significatione sæpe capitur: sed ἐνέργειαν, actionem, id quod aut animis agitamus, aut ministerio corporis agimus, siue bonum siue malum: vt cum agimus prudenter, iuste, fortiter, temperate: contra uel libidine, effœminate, iniuste, temere: cum philosophamur, irascimur, cupimus, deambulamus, lauamus, scribimus, legimus, & id genus alia, quæ homo suapte natura, suoq; arbitrato facere potest aut non facere, nisi morbo aut externa vi impediatur. Quod cū fit, actiones illæ in potestate nostra esse desinunt, opinor: & opinio tantū, appetitio & desiderium, horumque contraria declinatio & auersatio, nobis relinquuntur. Cum autem morbi sint, qui animum etiam tentent, vt phrenitis, melancholia, veternus, apoplexia, epilepsia, uulnera capitis, cerebri læsiones, similesque pestes: etiam illa, nisi fallor, euanescent, quæ sola in nostra potestate esse affirmat Epictetus. Sed loqui Stoicos de natura integritate, & non impedita, probabile est, quæ tamen quantum diu talis permansura sit, cōstatem nemini profecto po-

test. Consideret ergo que secum, ueriusne incantur, an magnificenti. Animi tamen bona doctorum corporis, & fortunæ meritis præstare, ac diuturna esse, extra controuersum esse arbitror. Quicquid enim egeris, nunquam consequeris, vt a Fortitudine tyrannide sis immunis: est, vt Deus ea tibi non ferre possit, quæ largitus Valeat ergo Thrasonica vox, & inter Stoicas hypothesis numeretur, ἡ ἐπιλημμασί σε, ὡς τύχη, καὶ πᾶσιν φήρημασί σε τὴν περιείσοδι hoc est, Anteuerti tibi Infortuna, & quasi vallo firmo opposito, omnes tibi cludis, omnes cuniculos terclusi. Prudentius ille, distichon illud per se incens, picturæ hominis mortui ascripsit: cui, si in Christo seruatore obdormire vere conuenit:

ἐλπὶς καὶ τύχη μέγα χεῖρι
τὸν λιμέν' ὄρου.
ἔδ' ἐν ἐμοὶ χ' ὑμῖν· πᾶσι
τὸς μετ' ἐμέ.

Inueni portam, Spes & Fortuna ualete:

Nil mihi uobiscum: lud nunc alios.

Neque enim spe sua frustrabitur, neque timebit quicquam, mortuus in Domino,

cab omnib. fortunæ in-
uis & ludibriis immunis,
tue in portu tutissimo se-
uis & beatus conquiescet.

In Caput 4.

ηλικούτου οὐ ἐφιέρμος,
νησοῦ οὐδ' εἰ οὐδ' ἐμετρί-
εκινηθῆναι, ἀπειθαυ αὐ-
: Instantarum igitur ap-
etione rerum, sic eas susci-
das esse memento, ut pror-
omni vaces animi pertur-
ione.] Rectius Simpli-
Commentarius: ηλικού-
ου ἐφιέρμος, μέμνησο ὅτι
εἰ μετρίως ἐκινήθῃς ἀ-
θαι αὐτῶν: Quum igitur
as res appetas, siceas sus-
ciendas esse memento, ut
non mediocriter incita-
s. Quam lectionem &
litianus est sequutus. De
uribus locutus est: ergo
ικέτων. Serio suscipien-
monet philosophiæ stu-
cum. ergo εἰδὲ redundat,
od quatuor reliqui codi-
es habent: a quibus dece-
us, verterā: Ut prorsus o-
ni vaces animi perturba-
one. quæ sententia et si
am ἀπειθεία Stoicorum
uenit, philosophiæ tyroni
men haudquaquam con-
enit, quem incredibili cu-
iditate sapientiæ inflam-
matum esse vult, adeo ut il-
id ex Evangelio desum-
am ei dici possit:

ἐν μαργάραισι τοῖς ἕμοις,
ἀποδὲς ἀπαντα, λαμβανέ-
Vnam margaritam pretio-
sam omnibus opibus tuis
emito.

εἰάν] καὶ τῶν ἐθέλης: Sine
ἔσῃ has volueris.] Scilicet,
τὰ ἐν φιλοσοφίᾳ ἀειχρό-
μυα: Ea quæ Philosophia
præstat.

καὶ ἀρχεῖν καὶ πλεθεῖν: Eἰ
imperare ἔσῃ esse dives.] Po-
litianus addit, Domesti-
cos dirigere. Legit for-
tasse, τὰς οἰκείας εὐδωεῖν,
quod perperam scriptum
fuisse reor, pro εὐδωεῖν,
necessarios tuos florere.
Volumus autem in pri-
mis nobis bene esse, mox
etiam nostris & aliis. Dis-
crimen ἔσῃ εὐδωεῖν καὶ εὐ-
θηνεῖν, vel pueris notum
est.

τὸν εἶδ' αὐτῶν τέτων τού-
ξη: Fortassis nec hæc ipsa
assequeris.] τῶν δὲ χῶν τε
καὶ ἔσῃ πλεεῖς: Nec magi-
stratus nec opes asse-
queris.

Ἀπὸ τῶν καὶ τῶν αἰσθητῶν
ἐφιέρμαι: Eo quod priora
quoque desiderat.] Ea sci-
licet, quæ philosophia
confert, libertatem, tran-
quillitatem animi, secu-
ritatem. Significat anis-
imum in duas partes distra-
ctum, nec fortunæ mu-

neribus, nec philosophiæ bonis potiri: quod altera cura impediatur, nec tantam esse patiatur, quanta sit opus. Sed hoc intelligatur de philosophiæ tyrociniis. Nam præcepta rebus gerendis prælucent, & illustrantur usu vitæ & crebris virtutis actionibus, si probe intellecta & animis infixæ fuerint. Philosophandum est igitur ab ineunte ætate, animo aliis curis libero, ut quæcum cognita perceptaque fuerint, ad parandas & tuendas opes, ad magistratus adipiscendos & gerendos, ad omnes denique vitæ casus ferendos accommodentur. τὰ πρῶτα, priora dicit: vel τὰ πρῶτα εἰρημύα, ea quæ ante exposuit, quæque rectum iudicium sequuntur: non autem τὰ πρὶν φιλοσοφῆσαι, ea quæ desideraris ante philosophiã, ut voluptates, honores, diuitias: vel τὰ αὐδάτωρα, præstantiora. Nam tranquillitas animi, verumque iudicium, utique diuitiis & honoribus præstant.

ἐκείνων ἀποδείξι: Illis exiides.] τῶν ἀρετέρων, prioribus & potioribus: Carebis animi tranquillitate, si avarus & ambitiosus fueris.

In Capite 5.

Πίστη φαντασία τραχία:

Cuius viso aspero.] τὸ τραχὺ nonnulli codices non habent, & meo iudicio recte omittitur: etsi φάσμασιν φὸν adhibet Simplicius. enim φαντασίαν non tantum τραχίαν, asperam: sed et λείαν, hoc est, leuem & blandam. Sed quia verba hæc nus exercitatis obscurantur, exemplo declarantur, exemplo declarantur sunt. φαντασίαν (quod visio aut visionem Latini dicunt) appellat eas cogitationes quæ ex rebus obiectis oriuntur: ut si adolescenti stulto & pauperi formosa & ues mulier despondeat phantasia hæc statim inexcitatur, rem esse præteritam, paucis sui loci atque diuinitatem offerri occalorem: non igitur esse neglegendam. species præclara incautumque facile decipit. Sed si idem paulo cordatius secum reputet, Mulieres formosas atque diuites, lasciuas superbas, fastidiosas, immodiosas esse: opes non sine magna solitudine conseruasse despectui & derisui familiaribus, aut certe inuisis: si morem gerere velit vixit aut læsurum valetudinem: aut alia grauiora toleraturum: neglecturum esse studia literarum: mulierum denique non tam amantur qua

quam prætextū libidinum
 farum quærentis, fore mā-
 oīum: fortassis intelliget,
 quod Epictetus dicit, do-
 tā & formosam mulierem
 non summū esse bonum, sed
 ane φαντασίαν & falsam
 peciem: Hesiōdiæ Pandorę
 ustar, pyxidem malis omni-
 us refertam, secum afferen-
 em. Idem esto iudicium de
 hantasiis imperij, honoris,
 liarumq; rerū, quæ sæpius
 nani specie blandiri, quam
 cuera beare solent. Eadem
 ere ratio est rerum tristium
 & aduersarum, vt putantur,
 quæ sæpe in recessu multum
 boni habent, quod prima
 fronte nequaquam pollicē-
 tur: vt paupertas sobrios,
 modestos, industrios plerū-
 que facit: opulentia luxurio-
 sos, arrogantes, ignauos.

In Caput 6.

ὅτι ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία:
 Appetitionis pollicitationem
 esse.] Est filosofopœia que-
 dam Cupiditatis cum ho-
 mine colloquentis. Rudibus
 apertior esset oratio, si ita lo-
 cutus esset: Cum aliquid ap-
 petis, fore speras vt id conse-
 quaris, & voti compos fias,
 & reliqua.

παρὰ πίπλων.] ἀπειπίλων
 legendū videtur, idem quod
 ἐμπίπλων. vnde ἀπειπίλωσις, &
 ἀπειπίπειαι τύχης.

τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπὶ τοῖς
 Qua natura eorū qua in tua
 potestate sunt, aduersantur.]
 His aduersantur vtique, fal-
 sa opinio, prauus & corrup-
 tus appetitus, omnes ani-
 mi perturbationes, quas in
 hominis esse potestate vo-
 lunt Stoici: non ita fortassis,
 vt nō existant (id enim Dei
 cuiusdam potius quam ho-
 minis fuerit) sed vt rationi
 obediant.

In Caput 7.

Μεγίστη ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν
 τῶν σοῦ ἐφ' ἡμῖν: Transfer ea
 qua natura illorū repugnant,
 qua in nostra potestate sunt.]
 Videntur & hæc rudioribus
 obscura quæ dilucidiora es-
 sent, si scripsisset: Auerfare
 falsas opiniones, stultas &
 prauas cupiditates, turpitu-
 dinem & dedecus. Hęc enim
 vt fugere, ita etiam effugere
 poteris.

Καὶ μὲν ὑπεξαίρεσις.]
 Politianus, cum supputatio-
 ne: Naogeorgus, cum exce-
 ptione. Sed quia Simplicius
 interpretatur, μὲν ἢ ἐνδιδόναι
 τὸ ὀλίγον, καὶ μὴ εἰς ἄκρον ἐπι-
 τείνειν, cedendo & laxando
 paululum, nō ad summum
 intendendo: ego verti, cum
 imminutione. Et si hæc tria,
 κέφως leuiter, ἀειμῶως re-
 misse, μὲν ὑπεξαίρεσις cum
 imminutione, synonyma

fortasse sunt. *ὑπεξαίρεσις* certe significare id potest, cum paulatim aliquid affectui subtrahitur. Si quis autem intelligere mauult, cum exceptione vel conditione: sensus erit, vt opinor. Ea conditione res vel appetere vel auertere, si expetendæ fugiendæue sint. Vult enim Epictetus, tirones philosophiæ interdum Academico more *ἐπέχειν καὶ διασκέπειν*, cohibere assensum, & amplius deliberare: & in ea *ἐποχή*, ἐλπίσειν μᾶλλον ἢ πλεονάζειν: hoc est, potius citra resistere, quam ultra progredi, vt monet Isocrates.

In Caput 8.

ἂν χύτραν σείης: Si ollam diligis.] Et si Epictetus, vt contentor diuitiarum, vitium rerum exempla profert, vt balnei, vt lactucarum, & aliorum id genus: tamen Simplicius aptius, vt opinor, verbum habet, *ἂν χύτραν σείης*, ὅτι χύτραν σείεις: Si ollam tractas, aut agitas, te ollam tractare: hoc est, rem fragilem, & agitationis atque allisionis impatientem, vt & vitrum. Vnde Mimographus: Fortuna vitrea est: quæ cum splendet, frangitur. Fortassis alludit ad doliū Diogenis.

In Caput 9.

τῶν ἀπορρέοντων.] destillantes. Alij *ἀπορρέοντων*, se perfundentes, eodem sensu *ἐγκρομήεις*.] id est, ἐνολεμήεις, quibus negotium facessitur. Alij *ἐγκρομήεις* id est, ὀδυμήεις, eos qui perimuntur, aut loco pelluntur.

In Caput 10.

Τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα, decreta de rebus. Et huic paradoxo medetur vt potest, Simplicius. Consistere certe nullo modo potest, nisi aut grauiora manus vitare, aut maiora bono cōsequi putauerimus. Nam alioqui ista vnica, misera illa quidem, & nescio quae efficax in casibus acerbissimis consolatio relinquatur, quæ apud Homerum exstat:

*ὣς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δὲ φλοῖβε
βροτοῖσι,
ζῶειν ἀχνομήεις καὶ ἀτέρπε
θυμὸν ἔχοντες.*

Sic voluere dii, miseris mortalibus auum

*Esset vt ἐν μᾶστιμ, ἐν δὲ δὲ
illatabile cura.*

οἷον θάνατος εἰδὲν δεινὸν: *Idem enim nihil est mali.*] Si anima cum corpore extinguitur, aut in locum meliorem transfertur. Sed si peccata scelerum danda sunt: periculosi

iculosa plenum opus alex,
 ni verae pietatis clypeo sis
 nunitus.

ἀπὸδὲ ὅτι ἐστίν. *Ineruditi*
 57.] id est, eius qui non con-
 sideret, quæ sui, quæ alieni
 uris sint qui omnia suo ar-
 bitratu fieri postulat. id
 quod fieri neque potest, ne-
 que fortasse debet.

τὸ ἑαυτοῦ, *Seipsum.*] Agno-
 scit enim culpam suam: si-
 mulque in id intentus est, ne
 denuo ad eundem lapidem
 impingat: hoc est, ne alienarum
 rerum ius sibi arroget.
 Nā id quod antecedit, ἐφ' οἷς
 αὐτὸς πράσσει κακῶς: verba
 (ἀλλοῖς & αὐτὸς) suam ha-
 bent emphasin. Dilucidius
 alio loco dicit, Per alium te
 non magis in calamitate esse
 posse, quam in vitio: hoc
 est, cum solum esse calami-
 tosum, qui male sentiat &
 viuat: nō eū qui negligatur,
 aut male tractetur ab aliis.

In Caput II.

ἡ χρεῖσις τῶν φασισίων: *Vi-*
sus visorum.] Obscuriora vi-
 dentur hæc, minus assueris.
 Sed perinde est ac si diceret:
 In omnibus rebus non ap-
 petitum aut popularem o-
 pinionem, sed rationis iudi-
 cium sequi nos oportere. Vi-
 sis enim recte uti, quid est a-
 liud, quam de rebus omni-
 bus recte iudicare, & rationi

parere, non affectui?

In Cap. 12.

Μήποτε κηλουῦτες ἰδέειπης,
 [Ne forte eo vocante deficias.]
 Politianus attestat, Inque id
 vincetus coniciaris. Qui e-
 nim volens non sequitur,
 necessitate hoc patietur.
 Quæ appendix nec in excu-
 sis codicibus habetur, & est
 supernacanea. Loquitur e-
 nim non de externa vi, sed
 de imbecillitate vitium: que
 quo maior sit ingrauescen-
 te ætate, eo paucioribus re-
 bus animum esse occupan-
 dum: quod & his vacare, &
 parere philosophiæ sit diffi-
 cilimum. Homo cæcibus (si
 cætera paria sint) & in vita
 paucioribus esse contentus,
 & æquiore animo discedere
 e vita potest Maritum & pa-
 trem, tam viventem quam
 morientem, magis sollicitant
 vxor, liberi, famuli,
 quam ipsius salus. In hac
 sententiam scribit Cicero,
 tranquillitatē animi atq; te-
 cuitatē eo faciliore esse phi-
 losophis, quo minus paucior
 multa in eorū vita, quæ For-
 tuna feriat, & que in
 multis rebus egeant & vult,
 si quid ad rem eorum con-
 grauiter egerere non possint.
 Nam philosophi vitam,
 siue vitæ instituta, in
 go: gubernatore vero, Deū;

cui qui vocanti non pareat, aut pro mancipio tractetur, aut plane deferatur.

In Caput 13.

Μὴ ζήτῃ τὰ γινόμενα γίνεσθαι, ὡς θέλεις· ἀλλὰ θέλε τὰ γινόμενα, ὡς γίνονται, καὶ ὁ ποιήσῃς.] Argentinensis codex paulo aliter, ἀλλὰ θέλειν, ὡς τὰ γινόμενα γίνονται. vt sit, ζήτῃ θέλειν, id stude vt velis: quali dicat, Voluntatem tuā facilius mutabis, quam naturam rerum. καὶ ὁ ποιήσῃς, verti, Si sapias. quod si displicet, repone, & recte facies Est enim idem quod καλῶς ποιῆσῃν, approbandi formula hoc loco. ὁ ποιῶ σέ, bene de te mereor: & ὁ πράττω, facile agito, bene in eum agitur: non sunt huius loci.

Χάλασις ποδός ἐστιν ἐμπόδιον, παροξείσεως δ' ἔστιν Claudicatio pedis est impedimentum, non instituti.] At dices, instituto conficiendi itineris (præsertim si iumentum aut vehiculum desit) obstat claudicatio. Respondebit Epictetus: Si præceptis meis parueris, non institues iter, quod conficere non possis. Sic quo plura & maiora fuerint impedimenta corporis, eo magis appetitum contrahas, paucioraque suscipies. At istud ipsum, inquis, est instituti impedimen-

tum, eoque molestissimum. Negat Epictetus esse impedimentum, nihil temere & frustra appetere: sed id philosophi proprium esse munus affirmat. Illud certe vel stultus intelligit, præstare appetitum rationi obedientem præbere, quam irritis cupiditatibus æstuarè. At est factu difficile. Sic Deo visum, cui, nisi ultro feceris, parebis inuitus. Illud tamen Epictetus (vt ea quæ sequuntur, docent) non vetat, quominus commodis tuis, quatenus & natura postulet, & honeste possis, consulas.

ἄλλο ἕνός ἐμπόδιον, σὸν ἑστί: Id alterius cuiuspiam rei, non tui esse impedimentum.] Si concederet, pedem esse partem corporis (neque vero negat) corpus vero hominis partem esse (quod negare videtur) impedito pede, corpus: corpore impedito, homo ipse, ex parte saltem, impediretur. Quod si corpus instrumentum est hominis (qua de re plura ex Simplicio afferemus) negari certe non poterit, quin mutilato instrumento, imperfectior & incommodior futura sit actio. Male pugnabis gladio, cui vel capulus vel mucro defuerit. Sed hæc differantur.

In Caput 14.

ἢ σωμαρπάζουσιν αἱ φαντα-
 σαι, *Visis non obtemperabis.*] *Loc est, neque voluptati, neque dolori succumbes: sed rauas cupiditates atque affectiones, sapientiæ virtutumque præsidio superabis.*

In Caput 16.

Κρείσσον γὰρ λιμῶν δ' ἀποθανεῖν, ἢ λυποῖν καὶ ἀφοβὸν ἡρόμῃον: *Præstat enim emori fame, vni doloris & timoris expers uiaferis.*] *Quæri non iniuria possit, tantane constantia cadat in fragilitatem humanam, vt Saguntina (quod aiunt) fame non afficiatur? Deinde quod de puero dicit, nisi ita intelligatur, vt tum demum eius cura abiiciatur, cum neque verbis neque verberibus quicquam profeceris: videbitur plena inhumanitatis oratio, & Timonέ μισανθρώπων! quam homine philosopho dignior, qui & ipse aliquid studij atque operæ ad consociationem ciuilem afferre debet. Equidem existimo ὑπερβολὰς esse, nimix sollicitudinis reprimendæ causa vsurpata. Quod si cauillari libeat, hypotheticam esse dices propositionem, ἄλυπον καὶ ἀφοβὸν ἡρόμῃον, vbi & dolorem & metum propulsa-*

ris. tum enim nec fame dolebis, nec mortem metues. sed quando id fiet? Paucissima certe in omnibus historiis existant exempla: & quæ existant, vt Socratis, Anaxarchi, Diogenis, Demonactis, Lælij, Catonis, & aliorum, dubitari potest an sint Græcorum ingeniis ornata vehementius, & supra veri fidem amplificata.

In Caput 17.

ἀλλ' ἔχ' ἕως ἐστὶν αὐτῷ καλῶς, *Non adeo ei bene est.*] *Malim' ἔσω, vel εἴη, Sit Sententia est, contemni potius puerum oportere, quam eius siue contumacia siue inscitia commoueri. Absit vt tu commouearis, cum stultus & improbus puer, siue ex inscitia, siue de industria peccauerit.*

In Caput 18.

εἰ ἀρετῆς ψυχῆς θέλεις, *Si proficere vis.*] *Scilicet, in philosophia, & animi cultura. Eam enim ἀρετῆς πρὸς intelligit, qua tranquillitas animi & libertas augeatur.*

ὑπόμεινον ἐνεκα πάντων ἐπιτὸς αἰεὶ δόξαι: *Ne recusa, propter externa videri amens.*] *Qui enim voluptates, opes, honores minus curat, præsertim si illa con-*

Sequi liceat: vulgo stultus habetur.

καὶν δόξης ἀνὸς εἶναι ἴσως.] Decesse videtur ἀξίος, dignus aliquo: sed non est opus, si, ut cæteri codices habent, pro ἀνὸς, ἴσως legatur.

In Caput 19.

θέλεις γὰρ πρὸς κακίαν μὴ εἶ-
ται κακίαν: Id enim postulas,
ut vitium non sit vitium.] Annuit opinor, pueros & omnes mortales natura esse vitiosos: nec vitia propulsanda, nisi per philosphiam, cuius non satis capax sit tenera & rudis ætas: quæ ut castiganda sit, non tamen sit abicienda.

In Caput 20.

κύριος ἐγὼ εἰς ὅ τῶν ὑμῶν
ἐκείνους: Cuiusque dominus est
is, qui cupiditatum eius.] Quam multos ergo Fortuna dominos nobis imposuit? Quanto plures ipsi nobis imponimus, insatiabili caducatum rerum cupiditate?

In Caput 21.

Παραθέντων σοί. Vbi tibi
apposuerint.] Simplicius, παραθέντων, appositis, Sed & alteram ἐπιεικῶς ferri potest, si intelligas, τῶν μεγάλων τὰ σίκα, si coqui vel sumisci fercula tibi appo-

θεύσας, τῶν θεῶν συμπότης.

Diis dignus compotor.] Si significat, Externarum rerum despicientiam diuinum esse quiddam, & reddere Deo similem.

Θεοὶ τε ἦσαν καὶ ἐλέγηντο
Diuini ut erant, ita & dicebantur.] Insolenter utique & imperite. Quam enim infinito interuallo vel præstantissimus homo ab extrema vmbra diuinitatis abest?

In Caput 22.

ἄλλον γὰρ εἰ θλίβεις.] ὅτι ἄλλο
εἶχ' ἀπύεται. Alium non angit: quia non tangit. Facile omnes, cum valeamus, recta consilia ægrotis damus. Tu si hic sis, aliter sentias. Alterius vulnera & cædem spectare sine dolore corporis possumus, sed ipsi non sine acerbissimo doloris sensu vulneramur & cædimur. Byzantinum incendium, pestis, terræmotus, seditio, bellum, te Romæ degentem non angit, quia non tangit. At vero,

Et tua res agitur, paries cum
proximus ardet.

Sed hæc eorum querela est scilicet, quibus persuaderi non potest, corpus, opes, uxores, liberos, non esse ipsorum, sed iuris alieni. Secus Hiob, qui opibus & liberis

amissis

illis laudavit Deum, qui
 quæ dedisset, abstulisset.
 ἡ χεὶρ μὲν τοι λόγῳ, μὴ ὄκνησεν
 ἀφ' ἐρέσθαι αὐτῷ: Verbo-
 us illi te accommodare ne-
 quit.] Sententia est, ne
 vites illius affectui & ver-
 bo & suspiriis subseruire, ac
 morem præ te ferre. Re-
 titit hic aliquid Epictetus
 Stoica seueritate καὶ ἀπει-
 α, vel potius ἀσυμπαθεία,
 a vehementer offendun-
 t ij qui in malis sibi esse
 videntur: nec simulationem
 probat.

In Caput 23.

οἷς αὖ γέλη ὁ διδασκαλός,
 malem voluerit magister.]
 hoc est, ὁ ποιητῆς, εἴτε κωμω-
 ποῖός, εἴτε τραγικός: poeta,
 ut Comicus, siue Tragi-
 s. Sic in vita Sophoclis,
 ἰδούξει ἢ δράματα κτλ, Edi-
 dit fabulas centum & vigin-
 tres. Quod ad rem ipsam
 tinet, idem Epigramma
 æcum docet:

ὡν πᾶς ὁ βίος, καὶ παίγνιον
 ἢ μάτε παίζειν,
 πλὴν ὡς δὲ μὲν θεοὶ, ἢ φε-
 ρεῖται ὁ δὲ ὡς.

ita quid est? iocus & ludus.
 Vel ludere disce,
 Curis sepositis: vel cruciari
 miser.

Nazianzenus idem fere si-
 gnificat, sed maiore grauitas

te & pietate, his versibus, di-
 gnis qui memoriæ man-
 dentur:

Θυμὲ βλῆψον αἶψά, χθονίων δὲ
 ἐπιλήθεο πάμπαν,
 Μηδέ σε νικήσῃ πρὸς κακότη-
 ται δέμας.

Τυτθὸς μὲν βίος ἔτος, ὁ δὲ ὄλε-
 ος, ὡς ἐν ὄνειρῳ

Τέρεται ἀλλοίῃ δὲ ἄλλοθ
 ἔκυρσε τύχη.

Μένης ἢ ζωῆς κατάρτης βίος ἔμο-
 δος αἰεὶ,

Καὶ πολὺς, ὃν ζῶειν ἐστὶν ἐ-
 ρειότερον.

Mens age suscipite, terrenas age
 despice sordes:

Corporis a vitiis neu subie-
 gare caue.

Quam breuis est hac vita?
 beatos somnia ludunt:

Sors vaga sic alios, sic alio
 osqueretat.

Vita diu durat, nullo peritu-
 ra sub aeo,

Sancta: labor fructu non
 caret ille suo.

In Caput 24.

Κόραξ ὅταν μὴ αἴσιον κε-
 κράγη, Si coruus in auspicias
 tum crocitarit.] Augurio-

rum & auspiciozum loco
 nos Astrologiam habemus:

quæ si ex annuis reuolutio-
 nibus & siderum progres-

sionibus incommoda & pe-
 ricula minitabitur, Epicteti

consilio, sed piis precibus ad-
 iunctis, vtamur.

ὄφελος ἔλασιν ἀπὸ αὐτοῦ,
Fructum ex eo ut capiam.]

Quia.

*Omnis commoditas sua fert
incommoda secum:*

& contra. Extrema vero mala, & omni consolatione majora, ut ferenda sint, Arrianus docet.

In Caput 25.

ἀνίκητος εἶναι δυνάσασιν, *In-
uictus esse potes.]* Pendet & hoc dictum e diuisione rerum initio facta. Vincuntur, qui res alienas expectant: hoc est, eas quæ ad corpus pertinent, & fortunæ in manu sunt. Vincunt, qui prauas opiniones & cupiditates oppugnant, modo legitime certent.

In Caput 26.

ὑπὸ τῆς φαντασίας συνεπαρθεῖς, *Imaginatione concitatus.]* Alij συνεκρυσθεῖς, correptus, impulsus: eodem sensu.

εἰ μὴ γὰρ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἡ ἐξουσία τῆ ἀπαθείης ἦ: *Nam si in rebus nostra potestati subiectis, vis tranquillitatis constiterit.]* ἡ ἐξουσία τῆ ἀπαθείης, idem quod αὐτὴ ἡ ἀπάθεια, quam (Ciceronem secuti) vel indolentiam (etsi ea potius ἀναλγησία est) vel vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata posita sit, vel va-

cuitatem ab angoribus perturbationibus, appellamus licet. Sententia est, verbis obscurioribus in Stoico prolata: Eum qui libenter omnia a seipso petat, amo esse tranquillo: qui tranquillo animo sit, eum non inuidere, nec æmulari. Cui enim ἀπάθεια perturbat omnes excludat: inuictam utique & æmulationem etiam excludere. Sin hi affectus in aliquo dominantur: ex eo plane colligi, potest eum ab animi tranquillitate abesse, nec philosophiæ præceptis obtemperare. Sed cum apud Arrianum huius quoque libelli, Simplicio si credimus, auctorem, nunquam τὴν ἐξουσίαν ἀπαθείης me legisse meminerim: rectius id arbitror, quod ibi crebro habetur, ἡ ἐπιπάθεια.

In Caput 28.

Οὐκ ἄρα ἐπιθυμήσεις ἅπαντα. *Neque quicquam uehementer appetes.]* Syracides, cognitionem mortis & diuini iudicii a peccando deterret affirmat. Quod si facit: merito magis æquo animo in aduersas ferre, secundasque contemnere docet, ob breuiem scilicet earum & dolentem & fructum. Sic Cicero: Omnis (inquit) uoluptas

nihilò putāda est quod
um præterierit, perinde
c si nulla fuisset. Sed in
gnis corporis cruciati-
& angoribus animi, v-
ora toto anno videtur
gior & vnus dies multis
elis.

In Caput 29.

ὁ φρῦν μὴ μὴ χῆς, Τη
superciliosus ne esto.]
tum cogitabundū, tri-
o seueritatem ac fastum
supercilium intellige &
c fuisse philosophorum
itum, e Menandri dicte-
apparet: ὄρεπκῶ, in-
t, εἶναί φασι τὴν ἐρημίαν,
εἰ ὄφρῦς ἀργυρῆς: Medi-
oni aptam esse aiunt so-
dinem, ij qui supercilia
gunt.

In Caput 30.

αὐ ποτέ σοι γήνοιτο ἕξω στρα-
ταί: Si quando tibi acci-
dit foras verti.] Gloriolæ
iditatē & ostentationis
diūm, qui affectus tar-
time in bonis & doctis e-
n viris senescit, vetat.
lt, philosophum sese in-
conscientiæ suæ limites,
quam cochleam intra
tam continere, eamque
plissimum virtuti suæ
atrum proponere, statu-
ac iudicare.

εἰ δὲ καὶ δοκεῖνο ἔξει, τὸ εἶ-
ναί, σωτὴ φάινε: Sin etiam
videri vis, quia es, ipsi tibi
videre.] Politianus τὸ εἶναί
omisit: nec est sane necessa-
rium, ni quis interpretari
velit, Quia es, vel, essendo (si
dicere liceat) tibi ipse videre
philosophus.

τὴν ἐνστασιν ἀπώλειας, Te
de statione tua deiectum es
se.] ἐνστασις apud Dialectic
cos quid sit, notum est. Hic
a pugilibus translatio sum-
ta est, qui de gradu deiecti,
vincuntur. Licet ἐνστασιν, in-
stitutum vertere: id scili-
cet, in quo homo animo,
voluntate ac studio sic insi-
stit, vt pugil aut miles in
suo gradu, non cessurus ad-
uertario, ἐνστασις philosophi
est, alte spectantem, & ad
illam sedem & æternam do-
mum contuentem, neque
sermonibus vulgi dare sese,
nec in præmiis humanis
spem ponere rerum sua-
rum. Suis illum illecebris
oportet ipsa virtus trahat
ad verum decus, vt ait Ci-
cero. In hanc sententiam
D. quoque Basiliius præcla-
re monet: ἄκ' εἶναί ὁ μᾶλλον
φύκτεον εἶη τὸ (ωφρηνοῦν π,
τὸ πρὸς δόξαν ζῶν, καὶ τὰ τοῖς
πολλοῖς δοκῶντα θεωροῦν,
καὶ μὴ τὸν ὀρθὸν λόγον ἡγεμόνα
ποιεῖσθαι τὸ βίον. ὥστε καὶ

πᾶσιν ἀνθρώποις ἀνελίγειν, καὶ ἀδοξεῖν καὶ κινδυνώειν ἰσῶς τοῦ καλοῦ δέη, μηδὲν αἰρεῖσθαι τῶν ὀρθῶς ἐγνωσμένων παροξινεῖν. Hoc est, Nihil æque cauendum esse cordato viro, atque illud, ne vitæ suæ rationem ad popularem opinionem accommodet, & quid vulgus sentiat, circumspiciat. Rectam enim rationem vitæ ducem esse statuentam: & ita sequendam, ut etsi omnibus mortalibus refragandum, si existimatio, si vita in discrimen adducenda sit pro honestatis defensione: tamen de recta sententia nullo modo depellatur. Verum hic vigilandum, ne falsis opinionibus decepti, & rei cuiusque natura non satis expensa, pro constantibus rigidi, pertinaces, præfracti euadamus, & in nugis tragædias agamus, & nobis & aliis graues ac molesti.

In Caput 31.

ἔδωκας ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον: Non potes in malo esse propter alium.] Pendet hæc sententia ex dogmate Stoico: Solum honestum esse bonum, solum vitium esse malum. Contemptus & neglectus mei, si ego officio fungor, non meum vitium, ergo neque meum malum

est: sed eorum & vitium malum, qui ex peruerso iudicio & voluntate praua immerentem contemni negligunt, male tractant faciunt.

δεικνύετε τῷ ἰδῶν, V ostendite.] Significat, nisi malis artibus paratipes & dignitates: ea quæ causa viro bono illas auandas esse. neque enim iis loquitur, qui se hoc indignos præbent, ipsi in causa sunt ut contentantur.

δύστρονον, ἢ φίλον π. Pecuniam an amicum lem.] Hoc tempore pecciperique malunt. nequim pauperis amici velle usum censent. Sic dæ puellæ pudicis & beneducatis præferuntur, sic forte sunt tales, tales permanent. Quare pigignoscendum fortassis qui tam incerta pudicæ & probitatis alea, diuivxorum quam pauperum intemperias ferre ac tollere malunt.

Καὶ δὲ ἔτο· ἔδδ' ἔδ' ἐξ μαλακῶν καὶ ἀπὸ τὸν σφυρία, ὅπλα ἀπὸ τὸν χαλκία: Ne enim calceos habet perferrem, neque arma perfaber. Sic in omnibus editionibus legitur. Naogeorgus

um secutus, vertit: Nonne abet calceos per sutorem? Nonne & arma per factum? quasi legisset, εχίγδ, ἄλλοδ μὴ ἀναχίδου αὐτῆ ἐπὶ τῆς εἰσόδου, Quod non sustinueris vel toleraris eum in atrio.] Videntur fastus diuitum & ambitionis salutatio- nes intelligi, homini simplici & literato molestissimæ: item τὸ φοιτᾶν, περιπέμπην, ἐπαμνεῖν, salutatio- nes, deductiones, laudatio- nes. Fortassis autem deli- cati diuites in medio incé- dentes, parasitis suis vtrin- que inniti soliti fuerunt. Nam & hunc sensum ver- bum ἀναχίδου omnino ad- mittit.

ἔδεν αὐτὸν αὐτὴν ἄφελος, Ni- hne ei prodesses.] Malim, vt Simplicius, ἀφίλεις, vel πο- τὴς ἀφελῆς.

In Caput 32.

εἰ μὴ ἀγαθὰ τῶν, Si qui- bono ista sunt.] Pteri- te complexionem istam uertūt, ἀνὴσπρέφοντες: Quia bona sunt, ea sibi negata ei- dolent: quia mala, ea eue- Te aliis gaudent. εἰ μὴ παθῆμεν τῶν, Si a numeratis his.] Id est,

ἀναλώσεις ἢ κατὰ τῶν. vnde οἱ ἐλδύθῆροι παθῆμεν ἔχρημα- των dicuntur apud Aristote- telem.

τὸ μὴ ἀναχίδου αὐτῆ ἐπὶ τῆς εἰσόδου, Quod non sustinueris vel toleraris eum in atrio.] Videntur fastus di- uitum & ambitionis saluta- tiones intelligi, homini sim- plici & literato molestissi- mæ: item τὸ φοιτᾶν, περι- πέμπην, ἐπαμνεῖν, salutatio- nes, deductiones, laudatio- nes. Fortassis autem deli- cati diuites in medio incé- dentes, parasitis suis vtrin- que inniti soliti fuerunt. Nam & hunc sensum ver- bum ἀναχίδου omnino ad- mittit.

In caput 33.

ὅταν τὸ γείτον ἄλλο παθῆ- ριον.] Malim, ἢ ἄλλο παθῆ- ριον: vel, κατεῖξῃ τὸ ποτή- ριον, ἢ ἄλλο π: Si vicini, vel alterius: aut, fregerit pocu- lum, vel quid aliud.

ὅτι καὶ τὸ ἄλλο, Cum al- terius.] ἀλλὰ τὸ μὴ οἰκεῖον πιέ- ζει, ἀλλότριον δ' ἔ μέλει: Sua quemque premunt, a- liena non curantur. Natu- ræ humanæ siue prauitas siue imbecillitas non fert, quicquid Epictetus de na- turæ voluntate dicat, quic- quid sacrae literæ de impe-

rio Dei prædicent, vt alieni boni aut mali æque excitatus in nobis sensus sit, atque nostri proprii. Illud quidem natura nos docet, cum omnes eadem conditione simus: neque communem fortunam (vt ait Cicero) recusandam, neque peculiarem optandam, & modice ferenda esse omnia: nisi indignando atque afflicto nos conduplicare mala atque exasperare libeat.

In Caput 34.

ἔτις ἐδὲ κακῆ φύσις ἐν τῷ κόσμῳ γίγνεται, Sic neque mali natura in mundo existit.] Obscurus & dubius locus, de quo plura ex simpl. adducemus, qui hæc verba sic accipit, vt quicquã esse mali in mundo, aut si sit, a Deo esse, negare videatur. Ego simpliciter ἀπὸ κακῆς repetiissem, sic neque mali natura existit in mundo aberrandi causa. hoc est, necesse est homines in mala incidere. Proinde præparandus ad ea prudenter & fortiter ferenda est animus. Naogeorgus (quem honoris causa nomino) cum Simplicio cõsentit, nosque nostrate culpa & malos. & in malis esse affirmat. Accipiunt illi ἐν τῷ κόσμῳ, quasi esset ὑπὸ τῆς φύσεως:

& bonum scopo, malum a errationi a scopo comparant. Recte omnino πᾶσι θεὸς γὰρ πάντων ἐφίεται: E num enim ab omnibus appetitur: & Deus optima mala non facit: & mala facta non sunt quæ nos malis numeramus. Sed hoc senserit Epictetus, i viderit. Prorsus enim ex eius verbis elici sensus potest.

εἰ μὲν τὸ σῶμα σέβης ἐπιπέτῃ ἀπ' ἀνθρώπων, Si quis corpus tuum obuius cuique permisisset.] A minori ad maius argumentatur, hoc modo: Cum iis irascereris, corporis tui violandi cuius potestatem darent (cuius modi est proscriptorum ditio) quanto magis irasci debes, qui cuius an tui lædendi potestatem re soleas: cum tui arbitri lædi prorsus a nemine?

ἐκείσε ἐργασκόπῃ τῆς κακοῦ μέρους, Rei cuiusque actiones considera.] Vult (vt monet Homerus) νεῖμα πρὸς ὤμους καὶ ὀπίσσω, ne quæ ante pedes modo spectare, sed etiam illa que futura sunt prospicere. cuiusmodi sit: Si quis doctus adolescentiam instituat id tantum consideret, quod utile, quam tranquillius

velle Reipub. munus sit, nō
 horrebit ab eo vitæ gene-
 Sed priusquam id munus
 ceperit, antecessisse oportet
 magno studio partam e-
 ditionem, & aptam inge-
 s rudibus docendi ratio-
 am: oportet paucis esse cō-
 tum, non recusare mole-
 tas & labores, non moueri
 bore irritō, contemnere
 gratos & superbos. Sine
 i præparatione ad docen-
 am qui accesserit, vbi ne-
 gentiam magistratus, in-
 riam parentum, hypodi-
 scalorum inscitiam & pi-
 itiam, discipulorum stu-
 rem & cessationem, plu-
 morum obtreptiones, &
 orum, a quibus adiuuan-
 us erat, aduersationes ex-
 ertus fuerit, si se frustra fa-
 gando nihil nisi odium
 uærere intellexerit, quod
 ptima quæque ingenia im-
 natura ætate alio transfe-
 antur, caudicibus & stipi-
 bus tantum relictis: & pu-
 ebbit & pœnitebit temeri-
 atis, qui quid ipse vellet &
 offret, tantum cōsiderarit:
 non iis etiam cogitatis im-
 edimentis, quæ aliorum
 ultitia & improbitate pos-
 ent obiici.

ἀαφάεντων ἰνῶν αἰχρῶν,
 Turpibus aliquibus exortis.]
 Turpis est plerunque & ri-

diculus temeritatis exitus
 vt & ipsa turpis est per sese.
 Possit fortassis pro αἰχρῶν le-
 gi δουρεῶν, molestius subor-
 tis. etli verbum αἰχρωθήση,
 τῶ αἰχρῶν bene cōuenit. Sal-
 uo tamen aliorum iudicio.

In Caput 35.

ἀναγκασθῆναι, Vescen-
 dum vel inuito.] Plinius li-
 bro decimo octauo: Athle-
 tarum (inquit) capacitas, iu-
 mentorū similis. Et Gale-
 nus in exhortatione ad ar-
 tes discendas οἱ ἀθλητικῆ
 (inquit) τροφῆς πρὸς φέρον
 σὺν ἀνάγκῃ πολλὰ κίς, ἀρχὴ μέ-
 σων νυκτῶν ἐκτείνοντες τῷ ἐ-
 δῶδῳ: Pugiles sæpe coacti
 edunt, cœna in medias vsq̃
 que noctes producta.

γυμνασθῆναι πρὸς ἀνάγκην.]
 Id est, ἀκρίτως καὶ ἀναγκῆς,
 inuitos & necessario: sicut
 dicimus πρὸς βίαν, de iis quæ
 coacti facimus.

μὴ οἶνον, ὡς ἔτυχεν, Non vi-
 num, vt contigit.] non suo
 arbitratu, sed præfinito, &
 ex præscripto.

τῶ ἐπιστάτῃ.] magistro, la-
 nistæ: quæ παιδοτρίβων alias
 appellant, ab exercēdis pue-
 ris, & γυμνασιάρχῳ.

χεῖρα βαλεῖν.] Argētinen-
 sis codex habet βλαβεῖν: sed
 βλαβῶσα rectius legi vide-
 tur, quam δὲ βαλεῖν, aut λα-

βῆν. Quod si χεῖρα βαλεῖν
proiniicere manus aduersa-
rio, & χεῖρα λαβῆν prehē-
dere intelligas (est enim
quinguercionum, & impel-
lere & attrahere aduersariū)
vt sententia per se absurda
non sit: huic tamen loco nō
conueniet, in quo de infeli-
ci luctæ euentu agitur.

πολλὴν ἀφλὴν καὶ ἀπειν,
Multam haren deglutire.]

Hoc quid sit, declarat Ovi-
dii libro nono Metamor-
phoseon:

Ille cauis hausto spargit me
pulvere palmis,

Inque vicem fulua tactu fla-
uescit arena.

ἀφὴ tactus, παρὰ τὸ ἀπλεῖν
a tangendo, hic arenam seu
puluerem significat. puluis
enim a pugnantibus iactari
solet, qui Græce ἀφὴ dicitur
Budæ ad l. athletas. ff. de iis,
qui notantur infamia. Hinc
Prouerb. citra puluerem.

In Caput 36.

ἄνθρωπε πρῶτον ἐπίσκεψαι,
Homo primum considera.]

Vt palæstræ & luctæ, sic phi-
losophiæ non quemlibet ef-
se idoneum significat: vtri-
que opus esse patientia &
corporis & animi. Quibus
bonis qui destituatur, um-
bratilis potius & pugil &
philosophus futurus sit,

quam verus. Deterret i-
tur, vt apparet, homi-
molles & delicatos a phi-
sophia: aut potius ad eū
endam ex animo istam n-
litiem adhortatur, & ex-
tat. Vt enim scopum istū
a philosophia propositū
non attingamus:

Est aliquo prodire tenus, si
datur ultra

Præstat partem aliquā
stultitiæ & vitiositatis ab-
cere, quam integram vtra-
que retinere. Proponit
ἀπίθεια, boni consulam
μετρεπίθειαν. Præstat m-
derate irasci, quam furere
iræ plane resistere non po-
sis. Hoc idem de aliis qu-
que affectibus intelligati

ὁμοίως δυσαρρεσεῖν, AEq
fastidire.] Refero ad fal-
dium morosorum hon-
num, in cibo & potu præ-
stim δις ὄρισῶν, bis prande-
videtur ineptum: nisi per
terum prandium, ientac-
lum intelligatur, κατ' ἀκυ-
λορίαν. Plato certe episte-
septima, negat quenquam
posse fieri sapientem, virt-
tisque compositem, δις τε τ-
ἡμέρας ἐμπιπλάμερον ζῶντα
καὶ μηδὲ ποτε καὶ μὲν μόν-
νύκτωρ, qui more Italico
Siculo, bis eodem die in-
pleatur, & noctu nunquam
solus dormiat. Quod aute

cedit, *δαρείς ὅτι τῶν πρῶτων*
ἰσχυρῶν, τῶν φιλοσόφων,
 nomem τῶν, sensum
 guum facit. Sed refe-
 um est ad philosophi-
 non ad quinquercio-
 quorum exempli gra-
 mentio incidit. Igitur
περὶ τῶν φιλοσόφων,
φιλοσόφων: ea quæ philo-
 norum sunt, siue, si phi-
 opheris.

ἰσχυρῶν. [*ἰσχυρῶν*, æque vt
 ac: Philosophia (inquit)
 in vitā affert, alios mo-
 postulat.

ἰσχυρῶν καὶ ἀφροσύνην.
 A puero contemni.] Phi-
 ophi utrique contemni
 lgo solent, pugiles vero
 at admirationi.

ἀφροσύνην καὶ ἀφροσύνην
ἀφροσύνην, Redimere animi
tranquillitatem.] Qui tur-
 lentis affectibus, vt ira,
 etu, cupiditate vehemen-
 sæpe agitatus, tranquilli-
 aimi qualemcunque gu-
 um semel duntaxat cepe-
 t: eum haud dubie quouis
 retio redimendum puta-
 it. Sed subinde oggannit
 raua consuetudo, animi
 tranquillitatem negatam
 sse homini: neque frustra
 ffectandum, quod contin-
 ere nequeat, in nullis præ-
 ertim, aut rarissimis exem-
 plis: iisque imperfectis, &
 dex philosophicæ nequa-

quam respondentibus. Pro-
 ficeremus tamen aliquid, si
 conaremur, & neruos inten-
 deremus. Id quod in iis cer-
 nimus, quos non philoso-
 phia, sed fortuna durus &
 diuus exerceat, quā mul-
 ta illi ferunt æquis & con-
 stantibus animis, quæ alij
 nullo modo posse ferri exi-
 stimant? Sed sit illud consue-
 tudine & stupore quodam:
 philosophica vero æquani-
 mitas ratione moderatrice
 gloriatur.

ἕνα δὲ εἶσε ἀνθρώπων, ἢ ἢ ἢ ἢ
oportet esse hominem.] Ve-
 rissimum præceptū, ac poti-
 oraculum: cui me ab ineun-
 te ætate non paruissē quan-
 toperē pœniteat, dici non
 potest. Fui modo scholasti-
 cus, modo scriba, modo au-
 licus, modo pædagogus, mo-
 do Bibliothecæ præfectus,
 modo scholæ gubernator:
 idque eo vsque, vt nunc
 quid sim, pene ipse igno-
 rem. Mirabiliter distrahit
 varietas, & crebræ muta-
 tiones, ingenium. Quod
 si mihi in vno Philoso-
 phiæ studio ab ineunte æ-
 tate elaborare licuisset, cui
 me fuisse natū arbitror: for-
 tasse profecissemus aliquid.
 Verum ita cum iis agitur,
 qui nec ipsi sapiunt, & bo-
 norum doctorumque con-

filiis in adolescentia destituantur. Magis tamen reprehendendi sunt, qui recte monentibus non obtemperant: & discendi occasione vel non utuntur per socordiam, vel abutuntur ad luxum, nequitiam & omnis generis malitiam.

In Caput 37.

ταῖς χείσσι παραμέλειται.] Affectiones adhibentur tanquam norma quædam ad officia metienda. Alias δεικνύσται, reperiuntur. χείσσι appellat τὰ πρὸς ἡ, ea quæ cum aliquo conferuntur. quare affectiones, quam habitus, vertere malui.

ἠκειώης, ἀλλὰ πρὸς πατέρα.] Videtur interrogatiue legendum ἠκειώης, cōiunctus es? & addenda negatio, οὐκ ἀλλὰ πρὸς πατέρα: Non, sed cum patre. Sed & hic statim occurrit: Si pater pro hoste se gerit, cur ego me pro filio geram? In promptu est responsio: Aliena improbitas non est imitanda. At difficile est amare hostem? Difficilia, quæ pulcra. At ista laude carere malo. Tuo utique malo. Quem vero fructum ex alienæ improbitatis imitatione capis? Nul- lum, opinor: atque utinam non impietatis etiam, aut

certe neglecti officij cōderneris. Animi tranquillitatem omnino carebis, morum scientiæ non carebis.

In caput 38.

ὅπερ τὸ συμφέρον, ἐκείνους, Vbi utilitas, ibi tas.] O admirabilem sententiam, atque adeo in speciem impiam: sed ita tractat ut & humani animi similitudinem retegat, & religio vix quicquam possit non esse consentaneum.

ἡ τὴν πίστιν, Ritu pietatis] Cum pietas in animo preta sit, de ceremoniis et magnopere putat esse laudandum. Quod si nostroculo persuaderi posset, tranquillius viueretur. Perderi autem posset, si potest e religione viuere, quam religione disputare studemus: si veritatis cupidiores essemus quam vanitatis hoc est, ambitionis, æmulationis, auaritiæ, vltionis, si quæ sunt aliæ pestes animorum.

ἐκείνους, Vnicuique.] Aliter ἐκείνους, quous tempore.

καθάρως, καὶ μὴ ἐπισσευγνύως.] Intelligere pro ειλικρινῶς, καὶ μὴ ὑποκεκερμηλῶς, animo, & non simulate: Simplicius scriberet, τὸ ἐπισσευγνύον μὴ λαμβάνει π.

ἢ ἰδίῳ αὐτοῦ ἀκαταρσίας, Id
 quod attrahitur, lordibus a
 solo contaminatur. Eo igitur
 auctore, hoc loco frugalitas
 luxui, aut mundities
 lordibus opponitur.

In Caput 39.

Ὅτι πᾶν τὸ ἀπορησόμενον ἀ-
 διάφορον, Quicquid euentu-
 m sit, id esse indifferens.] Hoc est,
 neque bonum neque malum per se,
 sed pro contentis animo vel bonum
 vel malum. Veteres Stoici res
 corporeas & externas, non
 bona & mala, ut ceteri morales,
 sed ἀπορησόμενα producta, praelata:
 & ἀπορησόμενα eiecta, impro-
 bata nominant, ἀδιαφορίαν Aris-
 totyrrhoni & Heryllo tribuit
 Cicero, quos rerum aliquem
 delectum reliquisse negat.
 In horum igitur sententiam
 inclinasse videtur hic Epictetus.

μὴ μνησθῆναι συμβάλλουσας πα-
 ρελάβεις, Memento quales in
 consilium adhibueris.] Necessarium
 est vatum, augurum, a-
 ruspicum magnam fuisse in
 diuinando solertiam. Alio-
 qui enim praedictiones eorum,
 vir tanta grauitate, pro
 diuinis responsis non ha-
 buisset.

ἰξίβαλε ἢ ναῖ.] Historia
 est apud Simplicium.

In Caput 40

ἐπὶ τῷ σὺν.] Id est, μέ-
 νος καὶ κατ' ἰδίαν: cum solus,
 & ipse tecum es, hoc est, cum
 nullis distringeris alienis
 cogitationibus.

In Caput 41.

καρῶν παρακαλεσθῶντος,
 Tempore comitante.] Ke-
 ctius παρακαλέντος, aduo-
 cante, hortante.

In Caput 42.

ἐν ἀποφύλοις ἀποληφθείς
 τύχαις, A peregrinis circum-
 uentus.] τὰς ἀποφύλους τοῖς
 οἰκείοις opponit: & eos in-
 telligit homines, quos pro
 auctoritate monere non li-
 cet.

In Caput 45.

τῶν ἐξ ἰδιωπικῶν.] τῶν ἐξ ἄλλων,
 scilicet ἢ ἰδίας οἴκας, foris ex-
 tra tuas aedes. τῶν ἰδιωπικῶν,
 τῶν ἀφιλοσόφων, conuiuia
 plebeiorum hominum in-
 erudita, quæ nihil cum
 philosophia commune ha-
 bent, nec commercij quicquam.

In caput 47.

μηδὲ ἐλεγχικῶς, Ne
 sis obiurgator.] Christiana
 caritas, & peccantes ar-
 gui, & contumaces vitari
 iubet.

In Caput 49.

Ἐπὶ θράσους τὴν θείαν, Te
spectaculum esse admiratū.]
hoc est animo esse leni, &
futilium rerum studio.

Horatius:

Nihil admirari, prope res est
vna Numici,
Solaq; , qua possit facere &
servare beatum.

In Caput 51.

Ὅτι αὐτὸ ἐποίησεν ἐν τέρτῳ Σω-
κράτης, Quid in eo fecisset So-
crates?] Id ex vtriusque di-
ctis & factis colligere licet,
quoniam scripta neutrius
habemus. Sed nisi eruditio-
ne & constantia vtriusque
præditus fueris, male tibi
vertet inepta imitatio: &
fortassis ne illi quidem ubi-
que decorum cōservarunt.

In Caput 52.

Ὅτι ἐκίνα χηρήσονται σοὶ αἱ
θύραι] Sententia satis aper-
ta est. Quid vero si ἐκίνα-
χηρήσονται σοὶ legatur? occlu-
dentur tibi fores cum im-
petu, per contemptum scilicet
& indignationē. Aut est
hypallage, pro, σὺ ἐκίνα χηρή-
σει τῶν θυρῶν, encieris fori-
bus. Argentinensis codex
habet, ὅτι σὺ ἐκίνα χηρήσου-
ται σοὶ, pro αὐτοὶ χηρήσονται. Et
paulo post, pro ἀφ' οὐδὲν
μὲν πρὸς τὰς ἐκτὸς, habet

ἀφ' οὐδὲν μὲν πρὸς alterū
cellī, alterum criminari
gnificat Ego mallem
οὐδὲν μὲν πρὸς, eius qui proieci-
 i desiderio, appetitionem aliam profert. Animi
 ir ratione præditi respectu, Epictetus hoc alioue
 lo appetere, in nostra esse potestate affirmavit.
 vero appetitionem a rebus appetendis excita-
 cunt: verum illi quidem ex parte dicunt, sed *Appetitio*
 quantum ipsi putant. Hæ enim animum ad *quomodo a*
 tendendum non ita mouent, quasi is aliunde ciea- *rebus appe-*
 cum suggerunt susceptionem sui, idoneam ad *tendis exci-*
 uocandum id quod eas amplecti natura solet. *tetur.*
 nim res subiecta sensui, sentienti sensum non
 rit, neque id, quasi aliunde moueatur, ad se at-
 here solet, sed sese offert idoneam quæ cum co-
 iungatur, cuius natura coniunctionem illam
 mittit: sic & res appetenda suam conuenienti-
 proponens, prouocat animi ad sese desiderium,
 ad illud aptus est. Quamobrem rebus appeten-
 propositis, alii eas appetunt, alii non. At si res
 etenda eam naturam haberet, vt appetentem
 eret, & motus ab ea inderetur, necesse omnino
 t eam appeti ab iis quæ appetendi vim haberent:
 muis alia magis, alia minus. Ac ne appetitio
 dem illa esset, sed impulsio aut attractio violen-
 qualem in corporibus cernimus. Nam appetitio
 ensio quædam est, manente eo quod appetit, &
 recedente: quemadmodum manus extendi-
 s, quamuis loco non moueamur. Est igitur ap- *Decipimur*
 itio motus quidam noster intrinsecus: itemque *specie recti-*
 nio, & similia. Verum is motus alias conuenien- *que; boniq;*
 ad rei appetitæ & opinatæ naturam fit, alias ab
 cedit, cum nos ad aliquid appetendum ferri pu-

tam⁹, cui plus inest quod auersari debeamus: quæ aliquid appetendum ostendat eliciendi appetus causa, sed fugiendum aliquid in sese occultum quod propter perplexitatem adumbrati boni, in non animaduertitur. Nam qui furatur, dum ad opulentiam simulacrum, ut rem appetendam ferrem fugiendam tali opulentiam adhaerentem, et animum cum primis iniuriam facit, neque non neque veretur. Captiuitatem porro & supplicium quam solam in hac appetitione calamitatem confer, ob feruorem cupiditatis reiecit: illud verum plectitur, multos qui talia faciant, non deprehendere. Possimus igitur rem quæ appetitur, examinare reuera talis, an simulacrum duntaxat appetere rei adumbratum habeat: ut modo de opulentia dicebamus. Atque illud magis etiam in nostra testate est, ut nostram appetitionem erudiam doceamus, ea quæ proprie appetenda sunt, appetere & simulacris non falli. Aduersus eos autem qui cunctantur, quoniam appetitus appetentis, & opinio nantis, suapte natura ad suum appetibile & opabile feratur, non penes ipsum esse, ut sic contentetur: sicut neque penes glebam sit deorsum, sed nam alioqui sursum etiam ferri posset. Aduersus hos igitur dicendum, duplicem esse necessitatem unam libertati voluntatis oppositam, alteram eadem coniunctam. Externa itaque libertatem militat (nemo enim qui extrinsecus aliquid facere cogitur, aut non facere, libere agere dicitur) Interna cogens omnia pro sua natura agere, hæc magis libertatem confirmat. Quod enim per se moueri pro natura sua moueri a sese necesse est: neque propterea ab alio mouetur. Neque enim extrinsecus necessitas ea prouenit, sed cum eius quod per se mouetur natura coniuncta est: eamque conseruat in suas actiones producit. Quod si habitus est melioris & deterioris sibi ipse causa est animi propter obedientiam & contumaciam: actio etiam causa, quæ ab habitu oriuntur, illi erit a

Exemplum furis.

Res qua appetitur, examinanda.

Appetitus coerceri potest.

Necessitas externa.

Interna.

Habitus in potestate hominis.

la. Neque tamen in omnibus libertas & potestas nostra eo metienda est, quod etiam contraria esse possit. Nam animi, bono semper affixi, bonoque amplectentes, liberum etiam delectum appetunt: (neque enim is delectus coactus est) & bono semper inhærent, neque ad contrarium vniquam abstrahuntur. Nostri vero animi dum quibus boni sunt, bona appetunt: cum vero mali sunt, vitia. Itemque a vitio transeunt ad virtutem, si curantur: & a virtute ad vitium, si negligantur: atque utrumque faciunt arbitrato suo, nullaque necessitate compelli. Quare nullius vitii causa in Deum conferri potest. Etenim fecit animum qui malus fieri possit, quod non prima illa tantum condidit, sed media & postrema: ut ita omnia perfecta redderentur, & prima vere manerent prima, non autem prima sterilia, imbecilla euaderent, materiaeque miserentur. Fecit igitur animum qui malus posset, Deus qui bonus est, ob diuitias suæ bonitatis. Nec tamen aliter eum fieri malum passus nisi ipse voluisset. Aduersus eos autem qui diuinitate fatali conuersione non actiones modo nostras, & appetitiones cogi, nec quicquam liberum non relinqui, nec libertatem aliud nisi nomen inane esse, dicendum est: siquidem rationis particeps animus, ortus atque interitus expers sit (quod nunc concessum sumatur, demonstrandum alibi: ut Stoici aliter de eo sentiant) si igitur ortus atque interitus expers sit rationis capax animus, ipse omnibus causis effici atque affici dici non potest. Sed instrumentum eius, hoc est animal, quod corpus vitæ particeps, hoc inde commutatur. Omnia enim causæ pro diuersa ad terrena habitumque efficiunt, alias alia efficiunt: instrumentum vero propter aptum animo, qui eo est vsurus. Ut igitur discrimine instrumentorum artis, vsurose eis artifices cognoscere licet, hæc esse fabri lignarii, illa fabricatoris, illa fabri ærarii: neque sic in genere tantum, sed & habitus vtentium eis artificum, &

Libertas nō in contrariis tantum, sed etiam in eodem cernitur.

Cur DEVS ancipiti animo fecerit hominem.

Animus ortus & interitus expers, a sideribus cogi nequit.

Corpus animo cuius pro meritis attributum, a stris est obnoxium.

*Ex instru-
mentis con-
iectura fit
de artifice.*

artis actiones atque opera dignosci possunt
qui in artibus excellunt, etiam instrumentis
ribus vtuntur) sic astrorum periti, instrumen-
turam e causarum discrimine perspicientes,
de habitu eius qui instrumento sit vsurus, e-
cturam capiunt, ac frequenter scopum attin-
Nam plerique animi, in corruptis præfertim
publicis, in quas onerati vitiis, amissa pristina
tate contrahuntur, cum sese instrumentis ef-
dediderunt, iis non iam vt instrumentis suis,
sui partibus vtuntur: itaque suas appetitione
ferunt corporibus accommodatas. Ad hæc,
conuersio consentanea est productioni animo
qua conuersione animi corporibus inseruntur
ita quidem vt ea cogat animos hæc aut illa ap-
re, sed vt cum eorum appetitionibus conse-
Quemadmodum igitur in vrbibus sacra ter-
& loca religiosiores homines eodem congre-
ad populares vero voluptates idonea, eos qui
viuunt & petulantius, contrahunt: atque ita
& temporibus etiam de appetitione & habitu
qui conueniunt, capi coniectura potest: sic
e temporibus & locis fatalis conuersionis, d-
mis qui ei conuenienter generantur, pronu-
licet. Cum enim pro vltice diuinæ bonitatis f-
habitus fati congruens huic loco fuerit: t-
cum locum animi, qui supplicio egent, demi-
tur. In omnibus enim vim congregandi simili-
& necessitudo habet. Fatum igitur, cum app-
ones animorum non cogat, neq; libertatem t-
sed ipsi animi nunc cum hoc, nunc cum alio
consentiant, & pro sua dignitate paratis instru-
tis, quod modo dicebam, conformentur: no-
rum est, quas appetitiones habituri sint, e fatali
uersione cognosci. Ac vitæ quidem genus ar-
ctuntur animi pro suæ prioris vitæ dignitate &
bitu. Vita autem bene aut male vtendi facultas
in semetipsis habent. Vnde fit, vt nonnulli m-
toriam amplexi vitam, bene viuant: & qui phi-

*Vita genus
necessariū,
sed ratio vi-
ta ac morū
libera.*

studium præ se ferunt, turpiter se gerant: quod quidem genus ipsum, veluti rusticum aut aitorium aut Musicum, tum ipsi animi sortitur, tum locum eis pro dignitate assignat Deus: autem qualitatem, animi suo arbitratu adiungunt. Proinde & laudem inueniunt, & reprehensionem incurrunt, pro diuersa vitæ ratione. Ac ne obum quidem quicquam a fato inseritur, vt iam affirmari non dubitant: eo quod callidiorum amatores atque adulteri nascantur. Et si quidam astrologi vere hæc prædicunt: id eo fit, quod nos talem proprietatem inde ortam, moderate vel immoderate suscipimus. Etenim vitis deprauatio & calliditatem & scdam libidiginis gignit. Nam qui siderum impressionem moderate suscipiunt, adolescentiam tuentur: deque ea emerentur. qui vero immoderate, pestes eius eruptores euadunt. Nam & qui solares radios visis non conuiuentibus intuetur, obscurato visu decatur: quamuis Sol largitor sit luminis, atque videndi omnibus. Cum igitur astrologi inde cognoscunt, qui moderate, qui immoderatum vim illam suscepturi sint: alios prudentes, alios callidos fore dicunt: si modo fieri potest, vt hæc rerum certæ notæ, e figurarum illis delineationibus cognoscantur. Alia certe quidem perspicua sunt omnibus: cuiusmodi illud est, quod sole Cancrum peragrante, immoderato calore afficimur. obscura & ignota iis qui artem ignorant astrologicam. Nam ea quæ semper naturam suam sentantur, & vim ab opifice inditam tuentur, summeque potentia prædita sunt: omnino voluntate etiam habere bonam, & nullius mali esse cautum, constat. Omnis enim malitia ex imbecillitate fit: siquidem vires bonum quiddam sunt. Vegetamen bonorum etiam sæpe affluentia & copia tanto maior, nocere solet. Atque hæc iis responsa dantur, qui propter fatum voluntatis libertatem tollentur. Nunc aduersus omnes dicatur, eos qui

*Siderū vim
per se bonā,
imbecillitate
ac vitio
materiae con
rumpi.*

*Absurda
qua fatale
necessita-
tem conse-
quuntur.*

*Animi mo-
tio.*

*Animi vi-
res.*

*Discrimen
virtutum
& vitiorū.*

*Pramia &
pœna.*

*κράταιχη,
id est, volun-
tas coacta,
non tollit li-
bertatem.*

*Qui sine af-
sensu agit,
non agit, sed
agitur.*

id quod in nostra potestate est, & animi libertatē tollant, naturam animi & ignorare, & tollere. Nullius motum per sese, tollunt: in quo natura e-
inprimis consistit. Siue enim per sese mouetur
intrinsecus e semetipso excitatur ad appetitione
cupiditates: nec extrinsecus alicunde trahitur:
impellitur, vt corpora: siue extrinsecus mouetur
per sese non mouetur. Deinde vitalem animi vi-
& assensionem & negationem non considerant
qui voluntatis libertatem tollunt. Quis enim
se ipso non animaduertit, se velle & nolle? am-
ēti & declinare? assentiri & refragari? quæ om-
interni sunt ipsius animi motus, non externæ qu-
dam impulsiones & tractationes, vt in rebus inani-
mis. Hoc enim viua corpora differunt ab inanibus
quod intrinsecus mouentur. Quod si verum
id a quibus illa mouentur, per se & non alius
mouetur. Nam si extrinsecus illud moueretur
etiam corpus primum ab eo moueretur, quod
trinsecus, vt ante dictum est, & non intrinsecus mou-
ueret. At si extrinsecus moueretur: consimili modo
do, vt reliqua inanima, & ipsum esset animæ exper-
Præterea qui libertatem tollunt, qui velle & no-
qui delectum (αἴρεσιν) & consilium (προαίρεσιν)
appetitionem & declinationem similesque animi
rum motus tollunt, simul discrimen etiam virtutis
& vitii tollunt, ne laudationē aut vituperationem
iustam relinquunt, atque etiam bonas leges hisce
rebus latas euertunt. His vero sublati, vita cuius
modi est futura? Quid ab immanitate beluarum
distabit? At dicat aliquis: nonne sæpe a tyrannorum
aut nostris affectibus, amore atque odio coacti, i-
atque alia suscipimus, aut admittimus, non volentes?
Quo pacto ergo tum potestas nostra & libertas cernetur?
Respondeo, tum etiam delectum iuris esse. Quamuis enim
principaliter id optabile non sit, ad quod necessitate ferimur:
tamen detestabili collatum optabile videtur, itaque id amplecti
mur, neque fieri potest, quicquam vt agas, nisi i-

Sensus te facturum esse. Nam qui non consulto
 aliquid facere videtur, ut qui nolens in foueam in-
 impulsus ab alio: is inanimæ rei instar id fa-
 cere pati quam agere verius dicitur. Quare licet
 agamus: tamen sic agere volumus. Proinde
 in necessitate proposita, alii maioris mali me-
 di suscipiunt, quod imperatur: alii non suscipi-
 unt, quod maius malum existimant id facere quod
 imperatur, quam pœnas contumacibus propositas
 sustinere. Sic in iis etiam qui inuiti aliquid agere vi-
 dentur, potestas & libertas nostra manet. Nec enim
 illud est voluntarium, & id quod in nostra pote-
 state est: sed voluntarium id est, quod præcipue ex-
 petitur. In nostra vero potestate, quod amplecti
 volumus, siue propter sese, siue ob mali grauioris
 causam. Fit etiam interdum, ut voluntarium cum
 inuito misceatur: cum res expetenda, non plane
 expetenda fuerit, sed & eius particeps quod auer-
 titur. Hanc quasi misturam voluntarii & inuiti
 obiecit descripsit Homerus, cum ait: Volens, inui-
 tectore quamuis. Hæc copiosius exponere vo-
 luit, quod omnis fere propositus sermo ab eorum
 uisione pendet, quæ in nostra potestate sunt, &
 non sunt. Nam cum is ad institutionem animi per-
 tinet: bene statim initio, ubi nostrum bonum &
 malum sit collocandum, exponit. Et quia nostra
 sponte moueamur, id in actionibus nostris ha-
 bere nos docet. Nam quæ aliunde mouentur, ut
 naturam, sic & bonum suum & malum aliunde
 habent, pro ea affectione quæ extrinsecus eis acce-
 dit. Quæ vero intrinsecus mouentur, cum sui mo-
 tus & actionis sint causæ: bonum quoque suum &
 malum in iis habent, eorumque propriæ actiones sunt,
 in cognitione opiniones de rebus, in facultate vitali
 & appetendi vi appetitiones, declinationes & desi-
 deria. Quare cum recte opinamur, cum ita uti de-
 cet appetimus & declinamus, & bonum nostrum
 & naturæ conuenientem perfectionem habemus:
 si minus, contraria. Peculiariora vero nostra sunt

τὸ ἐκχέσθαι
 αὐτὸ ἐξ ἑσθίου
 ἀλγ. φέρεται.

Mistra neces-
 sitate vo-
 luntaria.

Hac si lon-
 gior videbi-
 tur oratio,
 cum magni-
 tudine uti-
 litatis com-
 paratur.

Homo bonū
 suum in se-
 metipso po-
 sitū habet.

Animi functiones externa adiumenta non desiderant.

opera hæc, vt quæ a nobis solis arbitrato n perficiantur. Nam rerum externarum actione artium, siue necessitatum vitæ, doctrinæ item disciplinæ, & si quid his est præstantius, multis e adiumentis. Opinari autem & persequi, n propria sunt opera, & in potestate nostra sita. Q in nobis ipsis bonum & malum nostrum situm Nemo enim ea præstare cogitur, quæ in sua potestate non habet.

E P I C T E T V S.

IN nostra potestate non sunt, corpus, possessio, familia, principatus, quæcunque denique nostra non sunt.

S I M P L I C I V S.

Animus ad res fortuitas multum confert, sed non omnia.

HÆC in nostra potestate esse negat, non e animus ad hæc quoque & horum contraria alic conferat (nam & corpus, & res familiaris, an procurante, pulcrius gubernantur: destituente, ius: idemque animus suo studio & gloriam & principatum parat. imo ne magistratum quidem geret quisquam, in his præsertim rebus publicis, imo non assentiente) sed quod his rebus non se ille dominetur, & ad ea consequenda multis e adiumentis egeat. Nam corpus firmum a primo ortu semen, & sanam coagmentationem flagit flagitat & bonum victum, & exercitationes, salubriaque loca, salubrem aerem, & aquas bonas. Quod si omnia suppetant, fortius id ad cuiusvis munus functionem efficere licebit. Neque vero quicquam horum nostri arbitrii est, vt ea omnino vel conquiramus omnia, vel propulsemus. Hostibus ceptis ingruentibus fortioribus, nos a nemine conspici ægrotantes, subito conualescere vellemus. Neque tamen horum nobis datur. Eadem est & communis ratio: ad quas parandas vt multorum auxilium est opus, sic eadem a multis potentioribus immunitur.

Corporis robur unde.

Opes.

ffunt. Existimatio quoque de nobis, non sita
 nobis, quamuis occasiones quasdam ei præ-
 is ipsi, sed in iis qui de nobis existimant. Penes
 im est, existimare quicquid velint. Itaque
 am numen impie violent: & sibi ipsi & aliis
 si videntur. Contraque alii, qui honestius &
 ficientius de numine sentiunt, & humana
 me & imperfecta de eo profiteri recusant, a
 illis impii existimantur, & frugi homines qui-
 ardos existimant. Ita nec gloria nostri arbi-
 , sed illorum quibus hoc aut illo modo sen-
 nobis libuit. Iam magistratus sine populo
 reat, & ministris qui operam nauent, constare
 potest. In quibus vero ciuitatibus vanales sunt
 tratus, multoque auro addicuntur: inops pe-
 nullos ad magistratus habebit aditus, quan-
 s eos appetat. Sic ista omnia non in potestate
 sita sunt, quia non sunt actiones nostræ.
) autem loco in diuisione recenset corpus,
 propter id iis egere cœpimus, quæ in nostra
 ate non essent. Omnium enim bellorum pe-
 causa est, quam ob victum & cultum corporis
 ere cogimur.

Fama.

*Magistra-
tus.*

*Corpus ege-
statis, ege-
stas bellorū
causa.*

EPICTETVS.

*C ea quidem quæ nobis parent, libera sunt na-
 tura sua, nec prohiberi ab vlllo, nec impediri pos-*

*In quæ autem ius ipsi nullum habemus: ea
 a, obnoxia seruituti, obnoxia impedimentis,*

SIMPLICIVS.

Postquam dixit, quæ nostra, quæ aliena sint:
 cuiusmodi vtraque sint, declarat. Nostra esse
 , quod neque vt fiant, cogi ab aliis: nec quo
 is fiant, prohiberi possunt, neque alius iis vten-
 testatem habet. Talis enim est libertas, quæ
 ris est, & potestatem habet sui vsus. Aliena

Libertas.

vero, iis obnoxia, qui ea vel præbere vel prohibere possunt, dominos illos habent, iisque seruiunt. ea quæ seipsis contenta sunt, robusta & firma sunt. Quæ vero alienam opem desiderant, imbecillæ & egenæ. Illa prohiberi nequeunt, cum sui iuris sunt. Quis enim nos prohibebit hoc aut illo modo fieri, appetere, auersari? Aliena vero, quæ ab aliis conferri & auferri solent: sæpe quoque prohibentur, cum vel non tribuuntur, vel adimuntur. Certe constat igitur ea quæ in nostra potestate sunt, ut nostræ actiones, nobis esse propria. Quæ vero potestas in nos non sunt, in aliorum sita potestate: ea esse aliena. Quare bona & mala, quæ in nostra potestate sunt, ut recte sentire, aut male, recte appetere, perperam, nostra bona sunt aut mala. Quæ vero in nostra potestate non sunt, nostra non sunt: sed pars corporis, instrumenti nostri: partim pecuniæ, gloriolæ, remotiora etiam a nobis.

E P I C T E T V S.

Proinde memento, si ea quæ natura seruiunt, l. putaris, & aliena pro tuis habueris: fore ut iudicaris, lugeas, perturberis, & Deos & homines a se. Sin id solum tuum existimaris, quod tuum est: natura vero, ut sunt, aliena: nemo te coget unquam, mo impediens, neminem accusabis, neminem crimineris, nihil quicquam inuitus ages, a nemine laesum inimicum non habebis. Neque enim quiscquam e detrimenti.

S I M P L I C I V S.

Postquam exposuit quæ in nobis sita sint, non sint, & cuiusmodi utraque sint, & quam rationem collata rationem habeant: & quæ in nostra potestate sint, ea esse nostra: quæ non, aliena: ceptus monet, ut ea administremus, quemadmodum natura eorum fert, & non alio modo. Nam hæc sunt felicitatis & miseriam causæ sunt. Bonis p

nullum malum incidere, beatos facit. Bonis
 libus rebus excidere, aut in noxias incidere, in-
 es. Quod si bonum nostrum in eo situm est, vt
 ræ conuenienter appetamus & declinemus:
 vero in rebus nostri arbitrii sita sunt, in his bo-
 est quærendum, vt omnino consequamur id
 quærimus, (propterea quod eius adeptio pe-
 nos est, siquidem appetitio & declinatio penes
 est) & nostrum bonum consequamur. Sin ea
 penes nos sunt appetiuerimus, & in iis bonum
 siuerimus: bifariam nos frustrari necesse erit:
 modo omnifariam, quod, etsi ea consecuti fu-
 us, non nostra tamen bona consecuti sumus:
 o, quod plerunque frustrari necesse est cum,
 aliena tanquam sua quærit, quique ea deside-
 quorum potestas in aliis sita est. Accidit igitur,
 i his etiam appetitiones impediuntur, & tur-
 tur, non recta via progredientes cum dolore v-
 te & luctu. Vt enim rerum expetendarum facti
 ipotes, & euitatis contrariis delectamur: sic re-
 expetendis frustratos, aut in auersandas delap-
 dolere necesse est, & queri de autoribus earum
 am, alias de hominibus, alias de iis qui vniuer-
 tem administrant. Aliud quodque malum no-
 accidit. Nam cum ea nobis eripiuntur quæ no-
 iuris non sunt, dum iis afficimur, ea etiam amit-
 us quæ in nostra potestate sunt, quæque nobis
 bere nemo potest: rectum appetitum, & rectam
 elinationem. Expositis igitur malis quæ hanc
 uersionem sequuntur: nunc ait, si recte nostra
 aliena tractauerimus, & non aliena, sed nostra
 na, & in nostra sita potestate amplexi fuerimus:
 c est, si operam dederimus, vt secundum natu-
 am appetamus & declinemus: fore vt nemo pror-
 s nos cogat aut impediat sic appetere & declina-
 , siquidem id nostri arbitrii est. Quod si ita est:
 inquam etiam dolebimus. Nihil enim aliud no-
 s est molestum nisi duo hæc: frustratio eorum *Molestæ.*
 quæ volumus, & eorum quæ nolumus perperissio. *Frustratio.*
Perperissio

*Formida-
biles.*

Inimici.

*Voluptas.,
Dolor.*

Iis autem intenti rebus, quæ penes nos sunt, ne vlla re frustrabimur quam desideramus: neque vllam incidemus quam declinamus. Itaque nem vnquam timebimus: si quidem eos timen qui aut nobis nocent, aut commoda nostra inuertunt. Neque vero quisquam adeo robustus est appetitiones & declinationes, in quibus bonum malum situm est, eius qui rationi congruenter uit, cogat. Quare nec inimicum quenquam habimus. Inimicus enim iudicatur, qui nocet. Ne vero ei nocet, cui ab alio noceri non potest. T igitur neque ex postulabit cum quoquam, neque cufabit quemquam: atque etiam nihil vnquam ciet inuitus. Hilaris igitur, secura, libera & vereta erit talis hominis vita, perturbationis exp plena voluptatis. Obseruabis igitur, quemadidum ostendat, viri boni & sapientis vitam non rdo vtiliorem esse quam aliorum, sed etiam iucur mem. Nam Platone auctore, Omne animal nat & voluptate ducitur, & molestias auersatur. Res tem iucundæ partim cum bonis & vtilitatibus stris coniunctæ sunt, partim cum malis & dam Proinde hic vigilandum, vt voluptates vtiles d gamus, & hisce assuescamus. Modestiam enim be viro suauiore videri, quam luxuriam impro illud ostendit, quod multi improbi modesti fi Qui vero ratione & cõsilio modesti sunt, nunqu luxum amplectuntur. Enimvero nisi talis v modestis insigniter iucunda esset: non eam v amplecterentur, nec in ea suauiter acquiescere Vitam igitur viri boni & sapientis iucundior etiam esse, demonstrat e vitæ ratione eorum luntaria, impedimenti & iniuriarum experte, bonum & malum in iis rebus solis, quæ in no potestate sunt, collocant.

E P I C T E T V S.

*C*um igitur tantas res appetas, sic eas suscipien esse memento, vt sis non mediocriter incitat sed

alia prorsus relinquant, alia in aliud tempus differant. Quod si & hac (philosophicam animi tranquillitatem) & magistratus atque opes etiam appetieris, posse nec hac consequeris ob priorum illorum (felicis in animo sita) desiderium: illis certe quidem animo excides, per qua sola libertas & felicitas comitur.

SIMPLICIUS.

Postquam ostendit quibus in rebus bonum situm, in iis nimirum quæ in nostra potestate: & qualis eorum vita sit futura, qui id bonum petant, non autem a rebus externis & alienis: adeptione boni eam nullo modo impediri & prohiberi, nulloque damno esse violabilem, eam nullis noxiis rebus aditum præbeat: quæ non vtilis tantum, sed & iucunda sit: cuius nec petitio impediatur, nec declinatio in aliquid aditum incidat, sed ab omni parte mali perpetuo æternæ & beata: nunc studium & alacritatem audis excitat, monetque tantas res non modo non ter tractandas esse, sed dum iis occupatus sis, nihil aliud vel obiter agendum. Quapropter plane inquit iubet ea, quæ cum animi ratione præditi sunt, naturæ consentanea, non consentiunt: cuiusmodi sunt, fordida diuitiæ, principatus, imperia, voluptates corporis, quod fieri non potest ut idem & his rebus occupetur, & animo excoquo studeat. differri vero eas res externas iubet, & prudenter tractatæ, bonis animi non officiunt: cuiusmodi sunt, parare domum & seruitium, legitime nuptiæ, ingenuorum liberorum procreatio, ius magistratus, aliquando etiam rerum necessarium curatio. Hæc omnia, & id genus alia, in presentia esse differenda, monet studiosos, idque merito: quod nullis omnino rebus eos distrahi oportet, & a studio virtutis atque exercitatione abstrahi, si eam perfecte consequi cupiunt. Ac eum qui externas non populariter, sed more viri boni ad-

Relinquenda.

Differenda.

ministrare voluerit : ea prudentia esse prædit oportebit, qua res vtilis & noxias discernat, & beatas appetitiones rationi obediens præbeat, ut insurgere illas aduersus hanc patiatur, nec mori sinat, nisi ob eas res appetendas quas ipsa iusserit quando, & quatenus : & ad illas res excitari, ut præfinitum ipsis modum. Peccata enim existunt aut ratione quid fieri debeat, non distante, obedientiæ penuriam : aut ea quidem quamuis laude, tamen perspiciente quid factum sit opus, sed illis appetitionibus, ob neglectam institutionem rannice aduersus languidum rationis iudicium surgentibus. Talem tragœdia Medeam depingit

Ouidii Medea :

Aliudq; cupido.

Mens aliud suadet. Video meliora,

proboq; :

Deteriora sequor.

*Scio nefas quod, & quod in scelus ruam :
Sed ira mentis omne iudicium premit.*

Ad verum igitur externarum rerum usum ingenio doctrina exculcto, & appetitu moderato que subactum est opus. Sic hisce veluti firmissimis munitus, par tempus tales res suscipere potest. Quapropter studiosos homines monet, ut res externas quæ cum virtute congruere possint, in alio tempore differant, donec virtutem utendi eis, constanti exercitatione compararint. Neque etiam ad bellum inermem abire decet : neque res gestas absque prudentia & moderatione animi sperare. Epictetus vero non modo inutile, sed inutile etiam esse coram qui adhuc erudiuntur, rerum externarum studium pronuntiat. Animi enim moderatione & appetitionibus ac declinationibus moderatis, per quas solas hominibus libertas & felicitas pariuntur, excidere omnino necessarios eos, qui & appetunt & declinant ea quæ non sunt in potestate nostra. Necessarium enim est seruis brutis cupiditatibus, tanquam agrestibus & fuscis dominis. Seruendum item est hominibus, talia desideria & explere & prohibere possunt prohibeant : iis item, qui in res fugiendas coniiuntur possunt. Adhæc, subtrahendo curandi nostras otio, rerum externarum occupatio omnino in-

*Nemo simul
& veritati
& vanitati
seruire potest.*

ut nostris bonis excidamus. Nam qui utraque
 prunt, & utrisque student: nec discernunt bona
 mala, neque iustam curam suis bonis impen-
 unt. Fit etiam fere, ut externis quoque bo-
 ustrentur, non iis solis occupati scilicet, sed
 o modo sua etiam bona desiderantes: neque
 pectore quiduis & facere & perpeti, propter a-
 tionem eorum volentes, retrahente verecundia
 am. Etsi autem talis vita minus prava est, *Miseria di-*
 n eius qui vnice rebus externis incumbit: la- *uersis studiis*
 osior illa tamen, atque insuauior est, & dum *distrahi*
 rrentia nexum, connectere studet, secum ipsa *animi.*
 at, crebro poenitet, frustratur utrisque dum
 que consecretur, molesta utique & auersanda.
 utem obseruatione dignum, cur Epictetus de-
 ps crebro vtatur verbo MEMENTO, quo ratio- *MEMENTO.*
 compotem animum compellat, qui rationes *T O.*
 m semper coniunctas secum habet, earumque
 itam veritatem: sed aliquando velut deficiente
 ob distractionem natalitiæ eius facultatis, in-
 uionem ruit, quæ ipsi malorum omnium causa
 ideoque flagitat, ut MEMENTO crebro ei in-
 etur. Cum non mediocriter incitatum esse o- *Non medio-*
 tere dicit, eum qui tantas res appetat, non hoc *critet.*
 t, non supra modum atque immodice, sed non
 a modum, non minus quam par sit, incitatum
 oportere. Nam si periculum est, ne suis bonis *ἀγὼν ἀσφαλ-*
 idat: periculum certe (vt ait Pindarus) ignauum *πιν ἐφῶτες*
 am non admittit. *λαμψάνες.*

EPICTETVS.

Roiinde viso cuius aspero sic occurrere statim as-
 suefcito: visum id esse, nec plane id quod esse vi-
 tur. Post in exquirendo & probando eas adhibeto
 ulas, quas habes, eamque in primis & maxime. V-
 m id visum versetur in rebus nostra potestati subie-
 , an alienis? Quod si in alienis, illud in promptu sit,
 nil id ad te attinere.

Postquam monuit, cum qui suis potiri & propriam sibi felicitatem comparare veli distrahi oportere rebus externis, cum iis etiam sua curant, visa quædam occurrant, quibus in aut rem aliquam externam appetant, aut ea nent quæ alieni iuris sunt: docet, quemadmodum his utendum sit, ne ea nobis noceant. Asper visa appellat appetitiones & auersationes externarum, ut quæ brutæ sint & væcordes, quæ immoderatis & perturbatis commotionibus exasperent vitam. Quod autem in iis quæ se tur apertius monet, ne statim sequamur quod visum, siue appetens siue declinans: idem quoque dicit, statim ei ubi commotum fuerit resistendum, eiusque impetum inhibendum tando, visum id esse. Visa porro modo res vere reque utiles & iucundas repræsentant, modo simulacra ceu somnia comminiscuntur. Hinc igitur cogitatione visi contentio laxatur, cuius tunc opponimus, rem non esse talem, qualis creditur: nec rationis iudicium impedit, quod tunc tate imminuta, ad rem illam cõsiderandam esse adhibendum. Regulæ autem visa iudicandi sunt multæ, quæ sumuntur aut a natura visæ an scilicet ad animi, corporis, fortunæue bene tineant? item, ad utilitatemne, an ad voluptatem referantur? fierine possint, an secus? aut a Deo primis & prudentium hominum auctoritate quid probantium aut improbantium, magis sapientium aut negligentium. Quicquid enim & cordatis hominibus probatur: in eo vti cõsue sue salutis studioso elaborandum. Nemo autem adeo est aut amens, aut suarum cupiditatum auctus, ut existimet luxuriam aut iniuriam placere. Cum autem multæ sint regulæ, quibus visorum scrimina diiudicentur: vna est hominum, quæ in ho-

Visa.

Regula visa iudicandi.

Luxuria & iniuria Deo non placent.

ines sunt, propria, qua nobis communiter in
 ibus est utendum: illam dico, quæ pendet a di-
 ne rerum nostrarum & alienarum. Nam si vi-
 rei quæ nobis offertur, siue appetendæ, siue de-
 ndæ, non in nostra potestate est, rectum est in-
 gere, & statim dicere eam nihil ad nos attinere.
 cum nostri arbitrii non sit, neq; bonum neq;
 um nostrum esse potest, ob libertatem volun-
 quæ propria est naturæ humanæ prærogatiua.
 ino enim cum talis natura in natura rerum
 iisset: aliter fieri non potuit, quin penes ipsam
 num eius & malum esset.

*Libertas
 voluntatis.*

EPICTETVS.

*Ppetitionis eum finem esse memento, ut id quod
 appetis, consequare: auersationis, ne in id inci-
 quod declines. Is porro quem appetitio frustratur,
 tunatus homo est: qui vero in id incidit, quod
 satur, calamitosus. Itaq; si ea solum auersere, qua
 ra rerum tua potestati subiectarum repugnant:
 rum qua auersaris nihil incidet. At si morbum
 saris, aut mortem, aut inopiam: calamitatem
 is. Auersationem igitur ab iis rebus amouebis o-
 bus, qua in nobis sita non sunt: appetitionem au-
 hoc tempore prorsus auferto. Nam si ea qua nostri
 erii non sunt, concupieris: frustrari necesse erit.
 vero qua nobis parent, quatenus honeste possint ex-
 nondum es affectus. Sed eo tantum motu animi
 or, quo vel ad eas res accedas, vel ab iisdem reco-
 verum leuiter, & cum exceptione, & remisse.*

SIMPLICIUS.

Hoc quoque cum eo quod antecessit, cohæret:
 demonstrat, ea quæ appetenda videantur, face-
 os votorum compotes & beatos, adhibita re-
 rerum quæ nostri aut alieni iuris sunt. Sin mi-
 : voti impotes & calamitosos. Ac primum ex-
 it, quosnam voti compotes & fortunatos di-

camus, quos infortunatos & calamitosos. Item
 elinationis promissum & finem esse, non in
 id quod declinet: idque fortunatum esse.
 infortunatum, id quod desideres non consequi
 pterea quod consecutus non sis. Calamitosum
 fortunato contrarium, est incidere in id quod
 as. Nam affecutus quidem es aliquid, sed male
 affecutus His probe distinctis, subiicit ordine
 sola declines, quæ repugnent eorum naturæ
 in tua potestate sunt, cuiusmodi est intemper
 iniuria, & id genus alia, quæ vitare tui arbitri
 fore vt in nihil eorum incidas. Itaque neque
 mitosus vnquam eris. Morbum autem, aut pa
 tatem, aut aliquid aliud quod nostri arbitri
 est, si declines, quia penes te non sit ista effu
 necesse esse, te aliquando in ea incidere & infe
 fieri. Eodemque modo si ea desideres, quæ tui
 trii non sunt: necesse esse sæpe frustrari, non
 tum eo quod desideres. Si vero appetitio &
 natio in iis versetur quæ in nobis sita sint: nu
 frustratum iri nos, nunquam calamitatem su
 ros, sed semper fortunatos fore, votorumque
 potes. Oratio porro sic inter sese cohæret. C
 rebus in nostra potestate non sitis, appetitio
 & declinationem collocat: is & rebus desidi
 sæpe frustratur, & in eas incidit quas declinat,
 pterea quod ea in aliorum potestate sunt. T
 autem infortunatum, calamitosum, ærumno
 infelicem esse constat. Vide autem quam Soc
 ca hæc ratio sit, & ad captum auditorum accom
 data, qua appetitiones nostræ ad res melior
 pulciores traducuntur. Nam omnes, tam
 quam boni, felicitatem in eo collocant, si & op
 suis fruantur, & ea quæ oderunt effugiant.
 autem differunt, quod viri boni vera & sincera
 na atque commoda expetunt, & vera mala a
 incommoda auersantur. Nam ratio est, quæ i
 iudicet, & brutæ appetitiones eorum assuet
 sunt vt rationi pareant, iucundaque existime

*Omni-
 bus in
 terris qua
 sunt a Gadi-
 bus vsq; Au-
 roram &
 Gangē, pau-
 ci discernere
 possunt. Qua
 sunt vera bo-
 na, atq; illis
 diuersa, re-
 mota Erro-
 ris nebula.*

e ratio probarit. Vulgus autem hominum,
 od & rationem neglectam habet, & brutas appe-
 ones ob continentem motum exercitatas, vo-
 tate res appetendas metitur, non vtilitate & in-
 aptates incidit sæpe molestiis non adeo dissimi-
 Ac ne voluptates quidem illæ proprie sunt, sed
 t vmbrae quædam voluptatum & simulacra.
 nes tamen, vt dixi, felicitatem & successus in
 otione desideratarum rerum ponunt, & in eui-
 one fugiendarum. Præceptio igitur hæc etiam
 obis demonstrat, si neque appetendo frustrari,
 ue declinando impingere velint: vt in rebus
 nostri arbitrii sunt, vtilia desideria, & noxias
 sationes collocent. Nam si ea quæ nobis non
 nt, desiderarint aut declinarint, & frustrari
 ecessè erit, & subire calamitatem: quod &
 ugiendum esse censeant. Aufer igitur decli-
 onem ab omnibus iis quæ in nobis sita non
 , & in ea transfer, quæ eorum naturæ quæ in
 is sita sunt, repugnant. Nam morbum quidem
 ouupertatem si declines, quia non plane penes
 est effugere talia (etsi enim facultatem quan-
 habemus, quæ ad ea effugienda nonnunquam
 uid confert: tamen ea neque semper valet, nec
 virium habet) ideo necesse erit nos calami-
 n subire, incidentes in ea quæ declinamus.
 pîcteto paruerimus, declinationem in ea trans-
 nus, quæ eorum naturæ quæ nostri arbitrii
 repugnant, vt declinemus falsas de rebus opi-
 es, & ea quæ vitam naturæ ac rationi consen-
 am impediunt: quia penes nos est, effugere ta-
 Quare sola declinatione egemus, quæ penes nos
 ed hæc perspicua sunt. Quomodo autem iubet
 nem appetitum in præsentia tolli? Nam appeti-
 rerum quæ nostri arbitrii non sunt, sublatio,
 entem habet vtilitatem: quia eas nõ consecuti,
 rum impotes erimus, & moleste viuemus: & vt
 ando eas consequamur, neq; vtile nobis, neque
 rium bonum consequemur. Cæterum auctor

*Appetitus
 tironum pe-
 riculosus.*

* Vide An
notationes.

Appetiti-
onis vehe-
mentia mo-
deranda.

Modus est
pulcerri-
ma virtus.

noſter ſecus : bonorum quæ in noſtra poteſtat
ſunt appetitione quamobrem interdicit? Qui
quit, quatenus hæc recte appetantur, nondum
cifti.* Quis vero bono potiatur, niſi id appo
Quod ſi bonum noſtrum non in actionibus, ſi
appetitionibus & declinationibus naturæ conſ
neis ſitum eſt, qua ratione hortatur, vt in præ
plane tollamus appetitum? Fieri qui poteſt, v
mo ſine appetitionibus viuat? Præterea pu
videtur hoc cum eo, quod paulo ante dictu
cum diceret: In tantarum igitur appetitione re
memento te non mediocriter incitatum ag
eas oportere. Neque enim de motu corporis lo
batur, ſed de cupiditate & appetitione. Ian
pacto rem proſequi poſſumus, ſine appetit
Nam prius quam rem proſequamur, eam ap
mus neceſſe eſt. Quid vero ſi ad tyrones & no
os diſcipulos hæc verba pertinent, quibus app
minime tutum eſt, priuſquam didicerint qu
appetenda: ſed proſequi rem & ab ea abh
ſatis eſt, pro ea propenſione, quæ appetitior
declinationem antecedit. Neque omnem fo
appetitum rerum in nobis ſitarum tollit, vt
videtur, quamuis diſcipulos alloquens: ſed ap
tus vehementiam improbat, vt & auerſat
quam permittit. Nam proſequi rem, & abhor
re leuiter & remiſſe iubet. Conſtat autem no
ſequi rem, vbi deſiderauerimus: abhorre a
clinando. Nam propenſionem antecedit app
auerſionem declinatio. Et cum prius dicere
tantarum appetitione rerum memento, no
diocriter incitatum eas aggredi oportere: no
hementem appetitum ſuaſit, ſed ea quæ ipſe
ne ſubiungit, quædam prorsus eſſe relinquin
quædam in aliud tempus differenda. Recte
igitur, ne ii qui erudiuntur, vehementi propen
ne & auerſione, appetitione item & declina
præ alacritate modum excedendo, & quaſi
transiliendo, vires eneruent. Hoc enim in ple
& a

animi vigorem hebetat, & corpora ante tempus
 sumit. Ac multis hoc iam accidit, qui importu-
 immmodica alacritate sunt exercitationem ag-
 gi. Nam paucæ tum corporum tum ingeniorum
 ræ sunt, quæ subito a deterioribus ad meliora
 ire possint. Id quod Diogeni, Crateti, Zenoni,
 milibus contigit. Plerique autem & labi paula-
 & erigi paulatim solemus, tam animis quam
 oribus. Via enim media constantior & tutior
 vi vim & alacritatem cohibet, tuetur, paulatim-
 tuget. Quare propendere & abhorrere leuiter
 misse iubet, καὶ μέδ' ὑπεξαρπίσεως: hoc est, sic, vt
 nihil laxetur, & non ad summum extendatur
 titus & declinatio, propensio & auersio. Nam
 petulanti vita ad frugalitatem traducitur: non
 m ad summam tenuitatem & ieiunium profi-
 lebet, sed paulatim a priore victu subducere
 & vt Aureorum carminum auctor monet,

*Lente festi-
 nandum.*

Cedendo molire fugam, ne talia vincant.

in cognitione quoque ii qui erudiuntur, visa non
 m pro decretis amplecti debent: vt si mutanda
 rte sententia, non grauate id faciant. At vero
 risque leuiter & remisse affici studiosis prodest:
 declinationem in ea quæ naturæ eorum, quæ in
 ra potestate sita sunt, repugnant, transferri iu-
 ? Appetitum vero in hoc tempore prorsus tolli
 ne, quod ij qui a praua consuetudine ad melio-
 vitæ rationem transire incipiunt, primum euo-
 e debent malæ vitæ venenum & dum demum
 æ vitæ cibus ali. Nam quod Hippocrates de im-
 is corporibus ait, quo magis alantur, eo magis
 xdi: id de animis multo magis est verum. Nam
 s inhærens improbitas bona oblata corrumpit
 uersatur, alias vt molesta, alias vt noxia, alias vt
 tilia & supra vires. Simulque augetur, vt iudicio
 emnere meliora videri velit, & fit insanabilis: vt
 ique meliores rationes & actiones, etsi facile
 set, non admittat. Peinde ac si quis in morbo
 io mel amarum ratus, post etiam id gustare re-

*ὅτι καὶ ἡ δόξα
 τῆς ἀρετῆς τῶν
 φαντασμάτων
 ποιεῖται.*

*Repurgan-
 dus prius a-
 nimus, quã
 alendus.*

*Metiri se
quemq; suo
modulo ac
pede verum
est.*

cuset. Itaque ordo postulat, vt recta discipli
admittatur. Nihilominus tamen hæc oratio
etiam qui erudiri incipiunt, ad hilaritatem, secu
ritatem & libertatem præparat, vt suauem agant
tam, quam omne animal natura cum primis cor
ctatur. Et si autem vacuitatem a perturbatione
omnibus appetere præclarum est, & vitam natu
acrationi consentaneam: incipientibus tamen
tis sit, moderari perturbationes, & cadere interd
atque resurgere. Tales igitur, ea quæ recte appeti
tur consequi nequeunt. Hoc enim verba volu
Nondum es consecutus. Si ea desideraris, quæ su
vires tuas sunt: & dolere te & frustrari necesse e
interdum etiam remollefcere & animum desp
dere. Nam qui maiora suis viribus desiderant:
modis omnibus sibi apta contemnunt, eaque co
paratione maiorum respuunt. Neque vero mag
ante parua potiri licet: neque ante ea quæ com
derata nobis sunt, ad maiora penetrare.

E P I C T E T V S.

*S*ingulas res quæ vel delectant, vel vsui seruiunt
diliguntur, memento considerare cuiusmodi s
exorsus a minutissimis. Si ollam agitas, te ollam ag
re: ea confraçta, non perturbaberis. Si filiolum
uxorculam diligis, te hominem diligere: eo enim n
tuo, non perturbaberis.

S I M P L I C I V S.

Postquam ea diuisit quæ in nostra potes
sunt, aut non sunt, quorum illa propria, hæc ali
putanda: & quo pacto tractanda sint, edocuit:
clinanda scilicet repugnantia naturæ, appeti
nem vero in hoc tempore cohibendam, ob eas
tasse causas quas dixi: nunc cum iis etiam qua
potestate nostra non sunt, sæpe vtendum sit, q
modo ea, quamuis aliena, sine tumultu & mole
tractanda sint, docet: trifariam partitus ea qua
no

a potestate non sita sunt. In ea quæ nudâ vo-
 tem præbent absque utilitate. talia enim sunt,
 oblectant animum. In res utiles & fructuosas:
 ea quæ ob necessitudinem & affectionem dili-
 ur, etsi neque utilia neque fructuosa sunt. Nam
 eria, voluptas, utilitas & naturæ necessaria ca-
 mortalibus difficultatibus affigunt animum.
 stantur autem alii aliis, nonnulli tragædiis & *1. Incunda.*
 edis: nonnulli pugilum certaminibus, aut lu-
 ircensibus, rebusve similibus: alii saltatoribus,
 igiatoribus, mimis, ridiculis: alii spectaculis
 ndis: hisque vel naturalibus, vt qui pauonum
 ircularum elegantiam, pratorumue viriditatē,
 emorum amœnitatem admirantur: vel artifi-
 s, vt qui picturis, statuis, ædificiis, aut aliarum
 m pulcritudine obstupescunt. Sunt & qui auri-
 lediti voluptatibus, pulcris vocibus & Musico-
 instrumentorum sonis capiuntur: & vero ma-
 n ii voluptatem capiunt, qui historiis & fabu-
 narrationibus (id quod a puero nobis insitum
 eliniri solent. Sunt & res utiles ac necessariae
 vnus generis. Quædam enim sunt animis
 a: vt magistri, boni sodales, libri eruditi, & si- *2. Utilia &*
 a Quædam corporibus: vt cibi, vestes, exerci- *necessaria.*
 ones. Alia sunt rerum externarum: vt principa-
 prædia, pecunia, & id genus alia. *3. Cara.* Cara vero
 ob naturalem coniunctionē, etsi nullum præ-
 at vsum: liberi, vxores, cognati, ciues. Horum
 ar omnium, inquit, recordare, & in promptu ha-
 o naturam qualis ea sit: nempe mortalis, ereptu
 is, non arbitrii nostri. Nam perpetua naturæ *Vis medita-*
 am recordatio, ereptionis eorum est meditatio: *tionis & cō-*
 e: vbi assueueris, te, cum illa inciderit, perturbari *suetudinis.*
 sinet: sicut & alia consueta, quantumuis gra-
 & corporibus & animis tolerabilia fiunt. Re-
 autem & hic & in iis quæ sequuntur monet, a
 ais, atque adeo minimis esse incipiendum, ne,
 rouerbio dicitur, figlipam a dolio auspicemur.
 n qui maiora initio suscipit, facile succumbit,

frustratur, fractis viribus fit imbecillior, despe
 Qui vero a minimis incipit, semel utiq; fit aliqu-
 to robustior, fidentior & melior quam ante fuit:
 iam & paria facile superet, & paulo maiora tut-
 aggrediatur. Nam qui eodem die quater edere con-
 suevit, si totū ieiunare diem statim conatus fue-
 & corpus mutatione subita turbabit, & ipse æri-
 nose molesteque viuet. Itaque talis progressio &
 riculosa, & inconstans esse consuevit. Sin a qua-
 nario ad ternarium descenderit, eique assueue-
 facile assuescet bis, & multo facilius, atq; etiam
 tius & constantius semel tantum edere consuevit.

Eadem est eorum quoque ratio quæ propter vili-
 diliguntur, si quis in paruis & parui moment-
 bus assueuerit naturam eorum in promptu hab-
 quamque facile possint eripi cogitare. Cuiusm-
 est olla, ob vsum cara, eam esse fragilem. Quid
 ro est olla vilis? Ita paulatim progrediendo, &
 res acquirendo, tandem etiam inter osculand-
 filium, non verbo tantum dicere, aut animo
 fingere, sed per omnem ætatem ita sentire pote-
 se hominem osculari, rem fragilem & caducam.

Si nostra cō-
 stanter tenu-
 erimus: alie-
 nis etiā im-
 perabimus.

vero sentiens, ita consuefactus: si is ereptus fue-
 non perturbabitur. Obseruabis autem, vt prud-
 & artificiosa sit tractatio rerum: vtque ijs, quor-
 potestas in nobis sita non est, per ea quæ penes
 sunt, quasi nostri arbitrii essent, sit vsum. Nam a-
 trii nostri non est, ne filius moriatur. Sed natu-
 eius in promptu habere, eoque cogitare, mori e-
 posse non minus quam viuere: non perturbari
 mortuo, & sic affectos esse, quasi mortuus non e-
 illud, ne is moriatur, quod in nobis situm non
 efficit, vt in nobis situm sit. Talis enim dicere
 test? Mihi vero filius non est mortuus: aut, quod
 verius est, vt mortuus sit, ego animo ita sum tranquillo
 quillo quasi mortuus non esset. Recte autem
 rum vtilium & cararum exempla posuit: tunc
 tum non digito demonstrans, eos qui omnino
 progredi cœpissent, plane aspernari oportere i-

*Sensum pra-
 ua consuetu-
 do corrigen-
 da.*

Olla.

Filius.

*Si nostra cō-
 stanter tenu-
 erimus: alie-
 nis etiā im-
 perabimus.*

*Voluptas
 contemnen-
 da.*

nonnullis folius delectationis causa studio

EPICTETVS.

Pus aliquod aggressurus: ipse tibi subiucito, cuiusmodi sit illud opus. Si lauatum abieris, ea tibi in balneo fiunt, proponito: alios perfundi, alios pelli, alios conuiciari, alios furari. Sic tutius rem edieris. si ipse tibi dixeris: Et statim lauabo, & intum meum natura congruens conseruabo. Idem in quouis negotio faciendum. Sic enim, si quid immento lauati tui fuerit: in promptu erit: Equi non hoc solum volui, sed & institutum meum natiua consentaneum tueri. Neque vero tuebor, si ea fiunt, agre tulero.

SIMPLICIUS.

Postquam docuit, quomodo in rebus extra nos
 tis, quibus studemus, vt sunt, iucundæ, vtilis &
 affecti esse debeamus: nunc quæ præparatio
 nostris actionibus adhibenda sit, præcipit, qua
 euentibus casus & fortuna sæpe dominantur.
 igitur harum quoque naturam præmeditan
 : & cogitandum, qualia vna incidere soleant,
 se illa tibi quoque euenire: vt si quid grauius
 iderit, animo non sit nouum. Cæterum si res ne
 ariaria non erit, eam ne suscipiet quidem. Nam Ca
 maior & hoc vnum e suis erratis fuisse dicebat,
 od aliquando nauigasset, cum iter terra confice
 otuisset. Vt autem nihil grauius accidat, si ta
 n ea negotii natura sit vt sequi possit & soleat:
 n suscipere id cum necesse non est, quam cum tu
 re via insistere liceret, periculosiorem ingredi,
 od & eam incolumes multi conficiant, pecca
 am erit. Si vero necessitas vrgeat omnino, vt aut
 insulam nauigandum sit, aut ex insula: vt patri
 amico ferendæ suppetiæ, vt pugnandum pro pa
 a: ipsum quidem opus reformidandum non est,
 l natura eius præmeditanda, & ea quæ consequi

Actionibus nostris Fortuna sæpe dominatur.

Nō necessariis occupatis omnibus super sedendum.

Necessaria fortiter agredienda, & euentus anceps a quo ferendus animo.

solent: vt præmeditatione ad illa assuefacti, cum uenerint, non perturbemur. Nam qui ita se para- & cum non acciderint illa, gaudebit, vt euitatis quæ meditatione ipsius iam quasi acciderant: cum acciderint aliquando, eo tranquillius & tutè ea suscipiet, quod exspectauit. At dices: primum retimidos & ignauos, qui aduersos rerum exiti subinde cogitarint. Deinde, molestam esse omnino fixam tristium euentuum cogitationem, quæ quidem diuturnitate temporis augeatur, si ne- tium prorogetur. Itaque Demosthenicum illud magis laudabis, qui suadet, semper omnes res hostas suscipiendas esse cum bona spe: & quemcumque Deus euentum dederit, magno animo ferendum. Sed heus tu, si Demosthenes eam spem bonam cit, quæ conatu bonarum rerum nititur, qualiscumque sit exitus, cum Epicteto plane consentit, quod methodum non adiicit, quæ magno animo ferenda sint quæcumque Deus dederit, etiamsi aspera rima fuerint. Epictetus autem ferendi rationem tradit, præmeditanda natura rei quæ & nos de- & nonnunquam molestius & difficultatibus im- cata sit. Quæ utroque modo tolerabilia fiunt: tum propter rei & dignitatē & utilitatem, cum qua non leuiter nonnunquam sunt coniunctæ: tum quia præmeditata sunt, neque præter spem acciderunt. Sed Demosthenes eam spem bonam appellat, qua & minus conseruetur, & periculum euitetur: vix, ac ne quidem fieri potest, vt is qui spem salutis atque securitatis perpetuo foueat, ingruentes calamitates non moderato & æquo animo ferat. Neque enim corpus: que animus subitas mutationes sine perturbatio- fert: cum & anni tempora (licet eorū mutatio paulatim fiat) morbos plerumque gignant. Neque vt timidos, ignauos, mæstos, ista difficultatum & periculorum præmeditatio efficiet. Nam si actio & bonam & utilem esse animo (hoc est homini) actio monstrarit, tametsi non absque periculo, vt bonum desiderium & fidentes & actuosos facit: sic periculum cogit-

*Sententia De
mosthenica
explicatio.*

*Improuisa
tela grauius
terrens.*

*Rei honestas
cū euentus
molestia cō-
paranda.*

cogit-

orationem id consolatur, quod rectæ rationi par-
 ent, quæ præceperit, expetendum illud opus et-
 cum periculo fuisse. Nam periculum & damnū
 ad corpus & res externas pertineant, non pro-
 mala sunt nostra, nostrarumue rerum, si modo
 nus. Vtilitas vero rei honestæ, vel cum periculo
 piendæ, cum sit animi, hoc est bonorum no-
 um: multis doloribus, damnis, exiliis & igno-
 is æquari, ac potius præponderare potest, &
 lentia boni consolari. Omnis enim homo
 im maius cum minore malo coniunctum am-
 itur, præsertim si bonum esse nostrum, malum
 alienum esse videatur. Cæterum non verbis
 um & labiis ista leui quodam impulsu animi,
 ere & ex animo dicenda sunt, vt discrimen il-
 n vita & moribus appareat. nam tum quo pa-
 dhuc tristis & anxius, difficultates honestis co-
 bus interdum obiici solitas expectabit? Nam
 ipsum ijs qui naturę congruenter viuunt, ma-
 o solatio est, quod non citra ærumnam, sed cum
 culis, vitæque discrimine id quod bonum est,
 olectuntur. Declarat hoc Menæceus, & alii qui
 ero patriæ salute Dijs Manibus deuouerunt. Et si
 tem Epictetus id quod vult, exemplo viliissimæ
 edocet: tamen simul orationem suam per ea quæ
 ltis & sæpe accidunt, clariorem facit, & memo-
 n atque assensum auditorum excitat: simul (id
 od ipse statim subiicit) tirones in minoribus
 mum exercendos esse monet, ob eas causas quas
 e diximus. Sed possunt hæc etiam ad maio-
 transferri, quæ cum maioribus sæpe periculis
 iuncta sunt, & in ijs rei natura nobis digne con-
 sideranda, vna cum euentibus eam non raro con-
 quentibus, vt quisque secum constituat, se ea
 doque, si inciderint, moderate laturum esse. Sic
 am naturæ suę statum tuebitur, si & bonæ actio-
 nis fructum capiet, & euentibus non perturbabitur.
 am si perturbatus fuerit, seque in malis esse puta-
 rit: aut initio non recte iudicauit suscipiendum

Menæceus.

*Nota & cer-
 ta exempla
 efficacia
 sunt.*

*Fructu bonæ
 conscientia
 latandum:
 euentu non
 delendum.*

id esse: aut, si tum recte, nunc effoeminatum in
dum & timide perturbatur, mutatque senten-
quæ vtraque contra naturam sunt

E P I C T E T V S.

Homines perturbantur non rebus, sed iis quæ
rebus habent opinionibus, verbi causa: Mors
est malum. Alioqui enim & Socrati ita visum
Sed opinio de morte est, quæ malum eam faciat.
igitur impedimur, aut distrahimur: non alios
mus, sed nosmetipsos, hoc est, nostras opiniones.

S I M P L I C I V S.

Haftenus exposuit, quo pacto fieri possit, ne
ficultatibus, quæ comitantur actiones, pertu-
mur. Cogitandum enim, fore ut eæ sequantur
statuendum, rem esse nihilo minus suscipiendæ
animo præmeditatione confirmato. Nunc a
rationem tradit, ab ipsarum rerum natura sum
quæ difficiles esse videntur, nosque perturbant
exemplo hic usus non paruo, sed morte, eorum
nos perturbant maximo. Nam eo quod proposi-
est, per eam demonstrato: multo magis in iis
minus atrocia videntur, demonstratum erit.
igitur, res quæ nobis videantur acerbæ accidere
oque nos turbent, ut in periculo constitutos, non
acerbas esse per sese, neque veras nostræ pertur-
onis causas. Sed opinionem de earum acerbis
conceptam esse, quæ nos perturbet: atque ostendit
mortem immaturam humana vi illatam, quæ
mnium atrocium rerum atrocissima videatur,
esse atrocem. Ostendit autem paucis ille quid
sed accurate & efficaciter, hac argumentatione.
natura terribilia sunt, omnibus terribilia videntur
ut natura calida, frigida, pulchra, & alia id genu-
mnibus talia videntur, iis præsertim quorum
tura integrior est, & prudentia maior. Mors
omnibus videtur terribilis, nam Socrati terri-

*Qui mortem
contemnit,
cetera om-
nia mino-
ris facit.*

*Naturalia
sunt uniuersa
salia.*

non est, qui cum eam effugere posset, sustinuit
 en: totumque illum diem apud amicos im-
 talitatem animorum declarauit, & qualis sit
 argatrix philosophorum vita edocuit. Conclusio
 que ex ijs quæ posita sunt perspicua est, mortem
 te natura non esse formidabilem. Itaque mors
 nos non perturbat: sed opinio de mortis atroci-
 , ea est quæ nos perturbet, neque mel amarum

sed icterici affectio id amarum videri facit, ob
 indantem in eo amarum humorem. Is humor
 urgandus est, vt naturales rerum qualitates per-
 amus. Ita hic etiam opiniones de rebus corri-
 æ sunt, adhibita regula nostrarum & alienarum
 im, quæque in potestate nostra sunt aut non
 t, qua bonum & malum nostrum iudicemus. *
 od si mors in nostra potestate sita non est: mala
 erit. Quæ si non animi, sed corporis malum

nostrum malum non erit. Plato autem, &
 tonis Socrates, eam etiam bonam esse, & melio-

a vita corporea pronuntiant: nec his quidem

nam, illis vero malam, sed in vniuersum bonam

inibus. Nam Socrates in Phædone dicit: Fortaf-

hoc tibi mirabile videtur, si hoc solum cætera-

m rerum sit simplex, neq; vnquam homini malū

cidat, vt reliqua omnia. Vnde etiam præstiterit

è mortuum quam viuere. In Legibus autem, Pla-

suis verbis idem affirmat, hoc modo: Coniun-

o corporis & animi non est præstantior separati-

ne, si id quod sentio, dicendum est. At Epictetus

ortem vt hominum opinione maxime formida-

lem, instituti sui probandi causa adhibuit. Sed

ia vnusquisque nostrum quamuis calamitatem

orte grauiorem ducit (etenim aliquando dolore

on modo vehementi vrgente, statim mortem

otamus: cum paupertate vrgemur, paupertatem

orte grauiorem ducimus) licet in his etiam ea-

em vt demonstratione, qua Epictetus de morte

us est. Nam vehementissimos cruciatus in mor-

s, etiam plebeij homines vltro admittunt, cum se,

*Socrates &
 Plato mortē
 vitæ præfe-
 runt.*

*Dolores pos-
 se ferri.*

*Catapotia.
 Sectiones.
 Vstiones.*

mercede etiam medicis numerata, secandos & v
 dos præbent. Etsi enim hoc vitæ causa faci
 mortemque maius malum iudicant: at ferri p
 dolores, si expedire videatur, hoc ipso declarant.
 Lacedæmoniorum adolescentes, terribilem il
 flagellationem vltro gloriolæ tantum causa si
 nebant, tolerantia pene ad necem vsque declar
 idque eos æquis animis & alacres fecisse constat
 loqui enim vltro in tale certamen non descen
 sent. Sic autem erga illos cruciatus affecti et
 non quin cruciarentur, etsi fortasse minus quam
 exercitati & delicati: sed quod persuasum habet
 cruciatus esse ornamenta potius & commoda
 liter eos tolerantibus & sine perturbatione, qu
 malum. Ne in paupertate quidem mali esse qu
 quam dixerit Epicætetus. Alioqui enim & Cra
 Thebano ita visum esset, qui bona sua reipubi
 concessit, cum dixisset:

Crates Cratetem priuat hac pecunia. act
 demum se in libertatem assertum putauit, cum
 uitias paupertate commutasset. Ad eo neutrum
 rum natura tam est graue atq; intolerabile, vt ne
 videtur: sed & contrariis suis aliquando vtilius
 ad nosmetipsos, hoc est, nostrum rationis com
 tem animum eorum vsum retulimus. Opus ig
 est, vt qui se a talibus perturbari nolit, rectas d
 habeat opiniones. Quod cum in nostra potest
 sit, illud etiam in nostra potestate erit, ne pertu
 mur, & magnum ad id nobis afferet adiumentu
 vt ijs etiam, quæ in nostra potestate non sunt,
 vtamur, quali in nostra potestate sita essent. I
 enim an ignominia afficiar, an pecunia spolier,
 vapulem, arbitrii mei non est: at recte de his sent
 non ea esse mala, sed sæpe vtilia, penes me est. T
 autem decretum satis est ad illud, vt huiusmodi
 accidere quidem videantur: aut si acciderint, no
 non iudicentur, sed interdum conducibilia. Qui
 enim, vt ego quidem existimo, pulcrius nobis, h
 est, animo existimet, in rebus asperis vacare pertu
 batio

*Laconica
 verbera.*

*Paupertatē
 non esse ma-
 lum.*

*Rerum ad-
 uersarū per-
 p̄ssio exor-
 nat animū.*

one, quam non incidere in res aduersas: eoque
 prius, quo res aduersæ grauiores asperioresque
 int. Vt enim corpora vehementissimis quibus-
 motionibus quæ quidem eas ferre queunt, ma-
 e exercentur, tam ad valetudinem quam ad vi-
 & celeritatem: ita & animi, vt vbi opus est, ali-
 quā facillime & tranquillissime feratur. Quod
 hisce rebus consequemur: vna, vt recte de
 entiamus, altera, vt præparati ad ea simus, cum
 tatione corporis asperiore, quæ ad omnia op-
 una est, quaque fit vt multi improbi homines
 oera, & ea quæ dolorifica censentur, contem-
 t: tum præmeditatione & expectatione, quæ
 ia in nobis sita sunt. Quod si neque mors, nec
 ismodi quicquam terribile est, constat, neque
 neque eos qui illa inferunt, perturbationis no-
 esse causam, sed nosmetipsos, nostrasque opini-
 s. Nunquam igitur causa perturbationis nostræ
 ri ascribenda est, siue is dolor sit, siue metus, siue
 d aliud eius generis: sed nobismetipsis, & no-
 opinionibus.

Persuasio.
Preparatio.

EPICTETVS.

*Lios accusare ob calamitatem suam, hominis
 est ineruditi: seipsum, eius qui erudiri cœpit.
 se, nec alium, eruditi.*

SIMPLICIVS.

Cohæret hoc cum superiore, sique coniunctio
 addita legeretur: Nam ineruditi munus est, a-
 accusare ob suam calamitatem: causa recte ex-
 eretur, cur alii nō accusandi essent ob ea propter
 e nos perturbamur, timemus, dolemus, aut in
 lis esse nos existimamus. Hoc enim ex inscitia
 nis vsuuenit. Deinde ineruditi affectioni recte
 estit eius habitū, qui erudiri incipit, & qui iam
 eruditus. Hic enim, vt naturæ congruenter vi-

uens, nec vnquam suis desiderijs frustrandus, ne ea quæ declinat incidens: neque in vlllo se male putat, neq; vllum accusat vt auctorem suæ caltatis. Sed is qui erudiri incipit, interdum frustra suis desiderijs, & in ea quæ vitat incidit: quia in agendo brutas etiam affectiones adhibet. Se uisione rerum, quæ in nostra potestate sitæ sunt non sunt, occupatus, nouit seipsum sibi auctore esse & frustrationis & calamitatis: non autem, si quando bonum aut malum suum in re alieni iuris collocarit. Cur autem dixerit alius qui erudiri cœpit, cum in se bonum & malum positum esse norit (nisi enim id sciret, seipsum non accusaret) peccat, vt seipsum accuset? At sit, quod cognitio bonorum & malorum antequam vt quæ rationis nostræ sit actio, sed non statim omnibus brutæ affectiones se accommodant, formant & subiiciunt rectæ rationi: præsertim cum ob socordiam & dissolutionem rationi continentem brutæ partis motionem corroborant perturbaciones quasi tyrannidem occuparint. affecta fuit ea quæ in Tragœdia dicit:

” *Sciam licet quod aggredi parem nefas,*

” *Tamen ira mentis omne consilium premit*

Quamobrem ad tempus boni consuleret est, si ratio partim cogendo, partim veluti in co carmine deliniendo, affectus in suam sententiam pertraxerit. Nam tum rationis etiam cogitatio euidentiore, & scientifica, & omnis dubitatio expers. Non mirum igitur, eos qui erudiri cœperunt peccare interdum, affectibus nondum plane contentis, & ratione nondum secundum scientiam: se ipsos autem accusare, & non alios, ob diuersionem illam rerum nostri & alieni iuris vtcunque commissam. Prorsus ineruditi autem sæpe & multo peccant, quod & ob affectionum commotione ob rationis ignorationem verum bonum & malum nondum diiudicarunt, neque se a bruta nuda vel nuda cogitatione remouerunt. Quam dico

*Non statim
exsequimur
ea, quæ vera
& recta esse
intelligim⁹.*

*Gens indo-
cta ruit per
vetitum ne-
fas.*

naturā? Quod nos ipsos naturamque nostram
 corpus opinamur, avari autem a diuitiis pen-
 te peccamus igitur cum ineruditi sumus, propte-
 quod bonum & malum nostrum in rebus exter-
 collocantes, quodnam verum bonum & malum
 ū sit, & vnde sit prorsus ignorantes: eos nobis
 rum auctores esse putam⁹, qui aut aliquid no-
 limunt nostra opinione bonum, & appeten-
 in rebus externis, aut in ea coniciunt, quæ a
 s declinantur. Neque vero externa ista, quæ vel
 nis vel in malis habentur, omnino talia sunt,
 interdum vtraq; rationem contrariam habent.
 propter ineruditi adolescentes, pædagogos, vt
 bus male tractentur, oderunt: eos vero a qui-
 d voluptates inuitantur, diligunt. Epictetus
 n paucis ille quidem, sed notas evidentes no-
 pposuit, quib. eruditi ab ineruditis & tironibus
 nantur. Nam eruditi ab omni errore & pec-
 remoti, ob rationis perfectionem, & brutæ par-
 am ea consensionem & obedientiam, nemi-
 vnquam accusant vt vllius sibi mali auctorem.
 te enim in vllum suum malum vel ipsi sese con-
 nt, vel ab alio coniciuntur, siquidem eruditi
 Quia si eruditi sunt, non in rebus externis ma-
 collocant. Ineruditi autem vtraque de causa
 at & peccant, eorum & ratione & bruta parte
 e affecta: atque alijs suum vitium imputant,
 i id in rebus externis inesse cernerent. Est au-
 & facile & iucundum, & indoctis omnino di-
 m, culpam eorum quæ ipsi deliquerint, in alios
 erre. Qui vero erudiri incipiunt, & principia
 is habent: etiamsi peccarint, & in malum ali-
 d inciderint, tamen vbi sit malum, & vnde na-
 ar, sciunt, & quæ sit ortus illius causa, ideoque
 n accusant. Neque quisquam opinor, his iudi-
 di velut instrumentis vtens, vnquam errabit in
 dicando statu eruditi, ineruditi & tironis. Nam
 proprie est eruditio, cum puer qui in nobis est, a
 agogo, qui & ipse in nobis est, castigatur. Puer

νέοι μισόπαι-
 νοι καὶ φιλο-
 κήλακες.

Eruditi.

Ineruditi.

Tirones.

*Puer & pa-
 dagogus in
 nobis.*

*Vtilitas.
Voluptas.*

autem in nobis est bruta illa pars, quæ cum vti
deat, in solum iucundum est intenta, vt pueri.
dagogus vero est ratio, quæ componit & mode
brutas in nobis appetitiones, easque ad vtili
dirigit. Itaque ineruditi, qui puerilem in mo
appetitum in vita inconsiderate sequuntur, r
peccant, quamuis ignari ob incuiã, nec seme
accusant. Qui vero erudiri incipiunt, hi pæ
gum alacrem & excitatum iam habent, & p
obedire incipientem. Quamobrem etiamsi pe
tamen quis peccati sit auctor sentiunt, cum
non alium accusant. Eruditi autem & pædag
habent sobrium, & puero iam imperantem, &
rum castigatum, & ad suam perfectionem iam
ductum: eo quod pædagogo paret, cum eo qu
sentit. Hæc enim pueri virtus est.

E P I C T E T V S.

OB nullam alienam præstantiam efferari
mo. Si equus semet iactans diceret, sur
cer: ferendum esset. Tu vero cum insolenter g
ris, te pulcrum equum habere: scito, equo te bono
bire. Quid igitur est tuum? usus visorum. Qu
pter cum in usu visorum ita moratus fueris, qu
modum natura postulat, tum effereris. tum eni
quo tuo bono lataberis.

S I M P L I C I I V S.

Docuit quemadmodum fieri possit, vt in
mitatibus aliunde ingruentibus tranquilli, sec
alacres simus. Nunc, quales nos in externis r
quæ expetendæ videantur, prætere debeamus
dit. Vocat autem eas aliena bona, ea ratione
primum instituit, cum diceret, ea quæ in nob
non essent, infirma, serua, impedita esse, & al
nosque vetat vllius externi boni specie efferri.
os autem, hoc est elatio, hic illi non leuitatem,
limes spiritus aut arrogantiam significat, vt in

*ἔλασις.
Elatio.*

sæpe partem ea voce uti solemus (alioquin
 suaderet ut nostris & veris bonis efferremur)
 ut mihi quidem videtur) ἐπιπροσῆμι hic ei signifi-
 cationem incrementi alicuius, & quasi gran-
 dis, ob alicuius boni accessionem. Non igitur,
 ait, alienis bonis augeri nos atque excellere pu-
 tum est. Nam vnumquodque bonum, eius bo-
 num est in quo est : & eius quod naturæ congruen-
 fit, non autem alterius. Quod igitur in equo
 bonum est : id ipsius equi est bonum, non nostrum.
 enim animosus, siue celer, siue tractabilis est,
 virtutē habet : quæ nostra virtus non est, eoq;
 bonum nostrum, neq; auget nos aut perficit. At
 aliquis, nonne rerum & instrumentorum vir-
 tudis possessores, & eos qui his utuntur, referri so-
 let illa quidem. Verum ascie virtus fabrum
 non facit, nisi ante fuerit. Quoniam ascie,
 aciei & figuræ alia virtus est, alia fabri, ratione
 ipsius ascie bonum est acies, & elegantia for-
 eaque ad ministerium facit, atq; ad opus quod
 am perficitur, hæc enim instrumenti virtus est.
 fabri autem perfectionem nihil confert. nam
 peculiare bonum in artis rationibus situm est,
 nisi opus externum peius confectum fuerit, siue
 materiam, siue ob instrumenta, siue ob aliquod
 impedimentum. Quod iam igitur, inquit,
 bonum est, quo sic affici debemus, quasi
 incremento & perfectione? Prius rectam opi-
 nem in primis, nunc vsum opinionum naturæ
 entaneum id esse dixit : & quod illic ἰσοδυναμίας
 ionem, hic φαντασίαν vsum appellauit. Viden-
 nim atque existimantur a nobis res tales, aut
 alias recte, alias perperam. Atque illud etiam
 naturæ congruenter uti fuerit, si res tales nobis
 videantur, quales ipsæ sunt : neque commisce-
 ur inter sese & immutentur, ut luxuriam bo-
 ni, temperantiam malum existimemus. Re
 time autem is visorum vsum naturæ consenta
 dicitur, cum appetuntur bona, & declinantur

*Alia instru-
 menti vir-
 tus est, arti-
 ficis alia.*

*Bonum ho-
 minis, verū
 iudicium de
 rebus.*

*Disordū vsus
 naturæ con-
 sentaneum.*

Aliudq; cupido, Mēs aliud suadet: video meliora, probaq; Deteriora sequor.

mala: non autem cum tantum intelligimus esse bonum, illud malum: sed cum & id quod visum est, appetimus, & malum declinamus. Neque enim agendi potestas nostra est, sed appetendi secundum naturam, & declinandi. Quid per usum visorum naturæ consentaneum, illud innuit, opera quoque nostra consentire tere cum rectis opinionibus & appetitionibus temperantiam bonum tantummodo iudicemus, sed & temperanter viuamus: & iis muneribus gamur, quæ naturæ, quæ rectis opinionibus appetitionibus congruant? Ne iustitiam bonam dem iudicemus, & utcumque expetamus, eo omne bonum expetendum videatur, interim iniurii simus: id quod incontinentibus ac cum voluptatis appetitus boni appetitionem cit. Nam ratio obscure illa quidem, sed tamen quid deceat, & aliquantisper pro eo pugnat, etis etiam appetitionibus & declinationibus licet obscuris: sed brutis affectibus eam vitibus & distrahentibus, & suis cupiditatibus uiat cogentibus. Huius ea conditio est, ut antiquæ in Tragœdia describitur:

Sciam licet quod aggredi parem nefas.

Tamen ira mentis omne consilium premi.

Non igitur recte tantum sentiendum, & tendendum & declinandum est, sed etiam officia sentanea rectis opinionibus præstanda. Atque sitis est visorum usus naturæ consentaneus, nostrum esse bonum iudicandum est, nihil a rerum externarum. Sicut enim fabri, quatenus ber, bonum est, artis rationibus congruens: quæ in rebus externis cernitur: ita philosophi in cogitationibus vertitur.

E P I C T E T V S.

Quemadmodum in nauigando in portum festo nauigio, si aqutum exieris, obiter for etiam cochleolam colliges aut bulbum: animo autem

in nauigio

Coniugium intento esse oportet, ac continenter solici-
 gubernator vocet: ac tum illa omnia relinquere,
 vinculus tanquam oves in nauem coniciaris:
 am in vita, si tibi vice cochleæ aut bulbi, detur
 ula & puer, nihil impediet. At si gubernator
 it, curres ad nauim, relictis illis omnibus, neq;
 es. Quod si senex es, caue vnquam a nauē rece-
 gius: ne quando vocatus deficias.

SIMPLICIVS.

breuiter & argute nos a specie bonorum exter-
 nauocauit, cum ostendisset omnia illa esse a.
 & nullum eorum nostrum esse bonum. Ne
 utem existimet, eum nos prorsus & nuptiis &
 eatione liberorum & omnibus possessionibus
 vsu rerum externarum prohibere: nunc or-
 tradit, quibusnam ex illis, & quomodo vti lice-
 præcipit enim ea nos omnia ad Dei rerum o-
 m gubernatoris curam referre oportere: & sic
 i modeste, vt ab illo pendeamus, ac primum
 saria necessariis, sine quibus viui non potest,
 aquatione significauit, cuiusmodi est victus,
 tus, domicilium, quæ & quatenus homini fru-
 ut satis. His igitur aliquid curæ secundo loco
 endum. Quæ vero necessaria non sunt, sed ad
 agendam opportuna, vt vxor, liberi, res fami-
 , & similia: quæ obiter inquit ac tertio loco
 ur a gubernatore vniuersi, cum per tempus de-
 , accipienda sunt, animo semper in id quod
 cipaliter appetendum est, intento. Delicias ve-
 iuitias, principatus, & id genus alias rerum alie-
 am occupationes, vt quæ cum vita rationi con-
 anea coniungi nequeant, ne obiter quidem ad-
 ti finit. Hæc enim ea sunt, quæ supra penitus
 relinquenda monuit. Coniugium autem, pro-
 tionem liberorū, & similia, iis qui modo erudiri
 erint, in aliud differendi tempus auctor fuit, vt
 trinæ initia confirmarentur. Iis vero qui iam
 quantum profecerunt, vt his absque noxa vti

*Mens addi-
 ta Deo.*

Necessaria.

Commoda.

*Superua-
 sua.*

queant: obiter his etiam frui concedit. Ac
 quidem exemplo peropportuno videtur esse.
 Nam mare ob profunditatem, fluctuationem
 bralque & varias mutationes, & quia suffocant
 qui id intrant, veteres etiam fabulatores genera
 nis symbolum esse dixerunt. Nauigium autem
 erit quod animos ad ortum perducit, siue id fat
 siue fors, siue quid aliud est dicendum. Nauis
 bernator Deus, qui & vniuersa, & animorum:
 tum ad ortum, sua prouidentia eo quo decet, &
 dignitate cuiusque, dirigit & gubernat. Nauis
 ductio, est animorum in suum locum, natione
 familiam perductio: qua fit, vt alii in aliis locis
 tionibus, familias, & e diuersis parentibus nat
 tur. Exitus ad aquandum, est rerum necessaria
 occupatio, sine quibus propagari vita non pe
 Quid est enim aqua iis qui orti sunt, ad victu
 potum magis necessarium? Obiter autem coc
 am aut bulbum tollere quid sit, ipse concinn
 phicauit: esse vxorem, & rem familiarem. Ac
 si a rectore vniuersitatis dentur, accipienda illa
 dem esse, sed non quasi aut præcipua, aut nostr
 na. Nam principale nostrum bonum est, conte
 & conuersio ad nauis gubernatorem. Imo in
 nec vt necessariis est elaborandum, sed vt reuer
 cessiones, & degendæ vitæ commoditates accip
 da sunt. Quod si gubernator ad nauem reuocet
 est, ad sese & veram patriam vnde venimus: Ci
 inquit, ad nauem, his omnibus, quæ ad generat
 pertinent relictis, vocantem sequens, & minim
 spiciens, ne ab ipsa natura solutus, tuo opte stud
 voluntate ibi hæreas. Nisi enim vltro atque al
 inquit, secutus fueris, istis rebus omnibus rel
 vinctus in nauem pecudum instar coniciaris:
 est, inuitus, & tum te ipsum, tum eos qui adsun
 plorans, vitam relinques, vt homines ament
 ouina præditi stoliditate solent. Eum autem
 obiter coniugio & procreationi liberum, rebu
 similibus operam daturus est: tempestiue id fa

*Mare.**Nauis.**Guberna-
tor.**Portus.**Aquatio.**Cochlea.
Bulbus.**Reuocatio
ad nauem.**Vincula.*

vt modo conuenienti rebus hisce fatiatus sine
 anora hinc recedat, & alacriter gubernatorem
 item sequatur. Si vero senex fueris, & prope *Seni mors*
 sine abfueris: nullo tali vinculo constringi *potius quã*
 totus in reditum & discessum ex hac vita in- *vita medi-*
 tus esto: ne cum tempus discedendi adfuerit, *tanda.*
 us sarcinis onustus deprehendaris, & a vincu-
 traharis, ac recens ductam vxorem & infantes
 os lamenteris. Atque adeo senem, discessum ex
 ita, quam diuturnam in ea mansionem, magis
 are & curare decet.

EPICTETVS.

*postules ea qua sũt, ita fieri vt tu vis: sed vt sũt,
 a velis ea fieri. Sic omnia secunda tibi accident.*

SIMPLICIVS.

quæ res externæ relinquendæ, quæ percipiendæ
 s sint, differuit: ac necessariis vtendum neces-
 sariis, cæteris vero obiter: sed harum nullam præ-
 expetendam, concesso ad hunc modum rerũ
 rnarum vsu. Nunc regulas tradit, quibus obser-
 s, rebus externis, citra noxã & perturbationem,
 te etiam cum delectatione queas perfrui. Vt
 em sine molestia viuamus, nec ea quæ fiunt im-
 oemus: aut rerum naturam se ad voluntatem
 ram accommodare, aut nos ea quæ rerum na-
 nobis decreuerit, omnia probare necesse est. A-
 enim fieri nequit, vt bene agi nobiscum arbi-
 nur. Neque vero aut fieri potest, aut semper no-
 expedit, vt rerum vniuersitas omnibus optatis
 tris respondeat. Multa enim nobis placent, quæ
 s etiam nobis sunt inutilia: siue quod eorum
 uram ignoramus, siue quod brutis affectibus
 erdum indulgemus. Nos igitur, si beati esse vo-
 nus, assuescere, vt iis quæ ab vniuersitate fiunt, *Multa sũt,*
 quiescamus necesse est. Verum hoc præceptum *qua viri bo-*
 nonnullis durum, atque adeo ne fieri quidem posse *ni esse non*
 lebitur, vt quisquam velit ea quæ fiunt, ita fieri vt *videatur,*
 ant. Quis enim sanæ mentis homo probet vel *approbare.*

*Communia
mala.*

*Hominum
scelera.*

*Dubitatiões
tollenda.*

*Non esse ve-
re mala,
quanos in-
malis habe-
amus.*

communia mala, quæ ab vniuerso oriuntur: vt
ræ motus, diluuiâ, incendia, pestem, famem, in-
tum omnis generis animantium & frugum? ve
quæ nefarie ab hominibus in homines perpet-
tur: vrbiũ excidia, captiuitates, cædes iniu-
latrocinia, direptiones, libidines, & tyrannican-
olentiam vsque ad impietatem adigentem, &
eruditione & philosophia repellentem, omnis
virtutis & amicitia & mutua fidei, & tam scier-
rum, quæ vix multis ætatibus inuentæ confirma-
que sunt, tantam euersionem vt earum sola non
memorentur, quam artium multarum, quæ di-
tus iuuandi nostri causa datæ sunt, vt medicina
fabrilis, vt architecturæ ac similibus eam depr-
tionem, vt earum vmbra tantum & simulacra
reliqua? Hæc igitur & id genus alia, quæ in nost-
ætatem redundarunt, non dico videre, eorum
particeps esse, eaque fieri, sed vel audire quis v-
nisi homo maleuolus & omnis honestatis ini-
cus? Huiusmodi dubitationes non hominum
goduntaxat, sed & eruditioribus obstrepentes,
soluendæ sunt, si & Epicteti orationi sua deb-
constare auctoritas, & rerum auctoris Dei repret-
sione carere gubernatio. Vbi enim utilitatem,
dem etiam pietatem collocamus: vt paulo
nos ipse docebit Epictetus. Aio igitur, si vere n-
ea sunt, quæ modo tragicis verbis dubitatrix p-
dicauit oratio, & talia mala, qualia nobis videntur
nec vir bonus is fuerit, qui delectetur malis: ne-
eum qui hæc gubernat, non esse causam malorum
obtineri potest: aut si malorum auctor credatur
eum honoremus, aut amemus, aut colamus, id
nequit, etiamsi infinitæ rationes in medium a-
rantur. Quoduis enim animal (vt ipse dicturus
noxias res earumque causas fugit & auersatur, v-
les vero earumque causas conseruat & admirat
Sin hæc non esse mala quæ fiunt, vt putamus,
bona potius, vt quæ ad magna bona conuoca-
eorumque causa fiant, demonstratum fuerit: &

omnino mali in fit iis quæ fiunt, id non in ipsis
 rebus, sed in appetitionibus & affectionibus
 ris: neque is malus erit, qui ea quæ fiunt, ita
 voluerit vt fiunt, neque gubernator harum re-
 videbitur malorum auctor. Ista igitur in qui-
 bus fiunt, quæ mala videntur, in ortus & interi-
 oribus constituta, partim corpora sunt, partim
 animæ brutæ, affixæ corporibus, nec fere quicquam
 abstractum ab iis habentes, cum sint tantum vita-
 rum, & secundum illa vnaque cum illis mo-
 uentur. Rationis vero participes per se mouentur,
 abstractæ a corporibus, & sui iuris voluntate appe-
 titione præditæ sunt, harum corpora motu proli-
 sè agitata, omnemque naturam extrinsecus
 potentia, præcipue quidem a cæli conuersionibus
 afficiuntur, intercidunt, variasque mutationum vi-
 subiungunt. Sin propiora & ipsam materiam spe-
 ctant, sese inuicem afficiuntur. Id enim est conse-
 quens, ea quæ nascuntur & pereunt, ab æternis
 constitui: & ab iis quæ per sese mouentur, ea quæ
 mouentur aliunde: & ab iis quæ continēt, ea quæ con-
 tinentur. Estque hic ordo, hoc ius vniuersi, vt hæc
 consequantur, cum in sese non habeant princi-
 pium motionis, aut delectus: nec appetitio in eorū
 potestate: neque discrimen dignitatis eorum
 a voluntate oriatur, sed e suis causis pendeat:
 nec vmbra corporum suo arbitratu hoc aut
 modo conuertuntur aut afficiuntur, sed causa-
 rum suarum statum sequuntur, * semper eadem
 dignitate. Ac ne ipsis quidem quæ mutan-
 tur corporibus, siue compositis siue simplicibus,
 aliam est illa mutatio: primum quod eorum na-
 tura est talis, nec fieri potest vt aliter se habeant.
 Similiter nec rationis capacibus animis malum esset
 ignorantia, & brutis appetitionibus vita consentana,
 nisi ita nati essent vt & verum cognoscerent, &
 appetitionibus imperarent, supraque illas
 eminent. Deinde quod composita rebus
 contrariis constant, & inter sese pugnantibus quæ

*Terra locus
 ortus & in-
 teritus.*

*Corpora.
 Anima bru-
 ta.*

*Animi ho-
 minum.*

*Corpora a
 cælo & ele-
 mentis affi-
 ciuntur.*

*Corporum
 mutatio &
 dissolutio
 nil habet
 mali.*

in alienis collocatæ locis per morbos sibi mut
 sunt infestæ atque iniuriæ: alias igitur ea qua
 ipsis corrumpuntur externentia, confirmantur:
 as ad interitum tendentia, ipsa quidem a labor
 ærumna & redundantia contrariorum, quæ eis
 est, liberantur, & singula quæ in eis insunt sim
 cia, suis totis restituntur, vt quasi repubescant
 ab innata eis ex contrariis imbecillitate recreent
 Eorum enim quodlibet agens aliquid in contr
 um, vtiq; vicissim aliquid etiam ab eo patitur. C
 vero simplicia, contrariarum mutatione qual
 tum in se mutuo conuertuntur: id fiunt den
 quod ante fuerunt. Nam aqua in aerem muta
 vnde prius facta erat: & aer in ignem, vnde fu
 ortus. Neque in his scilicet quicquam est mali.
 iam si inde vel diluua, vel conflagrationes, vel:
 vehementiores mutationes efficiantur, ob elem
 torum vniuersi æquationem: siue etiam pestilen
 aut terræmotus composita corpora diremer
 Quod si hæc etiam conducunt ob infinitam
 quod ortum habet reuolutionem, eo quod vi
 interitus ortus est alterius: qui fieri potest, vt pa
 interitus sit malum, si toti conducit? Nam in fir
 lis etiam cernitur animantibus ipsa natura cõ
 nere partem propter totum, cum fluxiones a p:
 bus commuibus corde, ventre, hepate & cere
 in extremos pedes relegat, & manus, & ad ca
 per tubera, lichenes, & eius generis alia depelli
 abscessus perniciosos in membris facit ob inc
 mitatem totius. Atque eti. m ars medica natur
 hoc imitatrix, apostemata putrefacit, secat, vri
 intendit atque amputat partes totius ergo coi
 uandi. Neque quisquam tamen est, qui male
 fieri arguat. Itaque si per se sola essent corpora
 eorum quæ his accidunt quicquam ad hum:
 animos pertineret: nihil profecto in eorum m
 tionibus inesse mali crederetur. Sed quia etiam
 mæ corporibus insunt: omnis ex eo querela n
 tur. Quarum tamen brutæ cum corporibus co

*ἐκ πυρώσεως
 καὶ κλυσ-
 μῶν, ἐπιδη-
 μικῶν, σφοδρῶν.*

*Partem suo
 toti seruire
 est equum.*

*Bruta ani-
 ma naturã
 corporis se-
 quuntur.*

,eisq; vitam impertiunt, atq; in illis & cum illis
 n & naturam & vim & efficaciam habēt. Ratio-
 vero participes, & natura seiunctæ, ac plane sepa-
 les a corporibus, tum per se mouentur, tum
 am voluntatem habent, & appetitiones atque
 tus suo arbitrato moderantur, vt supra osten-
 est. Brutis autem contra, (siquidem ne vesti-
 n quidem proprii sui motus, nec internam ap-
 tionem, aut qualemcunque motionem habent,
 olane corporum vita sunt) perspicuum est, suam
 que naturam vna cum corporibus fato attri-
 im, & dignitatem pro earum ratione & cum
 assignatam, quæ vna cum eorum motionibus
 iatur, habere, vt antea de vmbra est dictum.
 od si stirpium vitæ magis conuenit, quæ eo ra-
 s deorsum egerunt, ac sensu carent & motu,
 appetitione & concitatione animi coniuncto,
 res brutis etiam contigerunt: pecudum ani-
 , inter animas stirpium corporibus inhærenti-
 & eas quæ secundum naturam absolutæ ac per-
 mobiles sunt mediæ, aliquod vestigium habent
 etitionis & concitationis, intrinsecus in ipsis
 tatæ, quæ alias pro natura sui generis mouea-
 , vt cum leo moderatam in suo genere habet
 n, alias efferuescat aut deficiat. Itaque dignita-
 quoque imparem, & vitam dissimilimam ha-
 t a fato attributam: quã sic obtinent, vt aliunde
 ueatur. Debent enim ea quæ inter aliqua inter-
 a sunt, cum vtrisque extremis quandam habere
 nitatem. Cæterū particeps rationis animus per-
 nobilis, & appetitionis atq; affectionis suæ plane
 ninus, ea etiam est dignitate quam a libera vo-
 tate consequitur: corpore autem vtitur, & affe-
 s habet, qui ad ipsum referantur. Is, cum natu-
 congruenter viuens, pro instrumento vtitur
 pore, seiunctus ab eo, & supra id eminens: tum
 xæ corporis impediunt animi actiones quæ per
 pus fiunt, nullis tamen ipsum animum affici-
 t malis. Nam dolorem in pede manere, diuinus

*Anima bruta-
 torum inter
 stirpium &
 hominum
 animas in-
 teriecta.*

*Humani a-
 nimi digni-
 tas a libertate
 voluntatis
 pendet.*

*Seruitium
 corporis.*

*Sodalitium
corporis.*

*Morbi & ca-
lamitates
alia, sunt &
poena & me-
dicina ani-
morum.*

*Clauus for-
tissimus vo-
luptas.*

*Initio conse-
cuturi dolo-
ris metu re-
trahimur a
voluptate.*

Socrates assererat. Si vero maiore quam par est
cessitudine cum corpore contracta, id non iam
instrumētum, sed vt sui partem, ac potius vt sem-
ipsum amplexatus: tum cum eo & per id affec-
tus agitated & obbrutescens, & iracundiæ atq; co-
peditatis appetitiones, suas esse ratus, illisque inf-
uens, rationesque subiiciens quibus illa deside-
expleantur: & prorsus corrumpitur, & morbis a-
mi laborat, egetque medicina qua illis liberet.
Solent autem contraria curari contrariis. Del-
igitur animus appetitu voluptatis & suauitatis, a
amore corporum, opum, honorum, potentia, fir-
liumque rerum vitiatus, earundem rerum frust-
tione & puniri & sanari, in primis vero corpe
doloribus, quod est animo propinquius, cuiusc-
cruciatus magis sentiuntur. Cum enim animu
Deum & seipsum deseruerit, seque totum corpor-
rebus externis dediderit, eaq; seipsum esse puta-
& suum bonum in illis quæsierit, eaque ratione
prauatus ægrotarit: quoniam alio modo ista as-
naretur & ad seipsum & Deum conuerteretur, &
his bonum suum quæreret, nisi præter noxam
etiam molesta experiretur. Nam quia propter
luptatem ad ea vergit, spe in eis & cum eis illa-
tiundi: dum illa voluptate fruitur, affixus illis
liquefcit. Nullus enim clauus est, qui ita fort-
affigat & agglutinet animos, vt voluptas, & ill-
bræ voluptatis Bonus igitur ille medicus, ea qui
inhiat animus cum molestijs offerendo, eadem
auerfetur facit: quemadmodum nutrices infan-
ablactaturæ, aliqua re amara papillas inungit.
Animi ergo initio duobus propositis malis, do-
corporis, mortem & discessum a corpore ante-
nuet: nunquam id facturi vigente & florente
poris, vnaq; consuescunt odisse & auersari volu-
tem, quæ hic percipitur maioris doloris formic-
inde excitandi: sicut & pueri primum a rebus no-
metu retrahuntur. atque aliquis noxio quop-
cibo aut potionem impense gaudens, sæpe dolori

re affectus, magnæ molestiæ fuga & metu iis ab-
 et. Etenim quis rebus iucundis sine molestia
 fruens, quamuis noxiis, ex animo ab iis abhor-
 ret? Atque ista voluptatum timore doloris maio-
 ræ abstinentia, permutatio quædam potius est affe-
 ctus, quam liberatio. Nam suauitate quæ inest in
 iucunditate a molestiis, fructum suauitatis permuta-
 tur, & affectus alium sibi affectum adiungit. Expe-
 ctamus autem hoc initio nobis, ob pueriles & stultos
 affectus nostros, ut ea suspecta habeamus & inuisa,
 rebus vehementer afficimur: posteaque naturam
 ipsam considerantes, ea præterquam quod noxia
 sunt, multo etiam plus habere molesti quam iucun-
 da, & in nos ipsos descendentes, & bonum in nobis
 esse deprehendentes: non autem in corpore,
 sed in rebus externis, atque similitudinem nostri quan-
 tum cum Deo sentientes, eamque honorantes: iam
 non metu, sed scientia & virtute vitam naturæ con-
 sentaneam amplectamur. Nam & pueri quæ prius
 timebant & prosequabantur metu, post aucta
 sententia ultro faciunt. Et hunc scopum proposi-
 tum habet curator noster Deus & rationis particeps
 mus neque adhærescat corpori & rebus exter-
 nis, neque his metu, sed iudicio absteat: tanquam
 in bono & malo nostro in appetitione & declinatione
 sit. & ad hunc finem prouidentia medicina con-
 dit, ut reducat animum ad amplectendam vi-
 tam naturæ consentaneam: quemadmodum etiam
 in medicina quisque medicus sectionibus & vitioni-
 bus naturalem habitum corporibus restituit, ut na-
 turalibus actionibus fungantur: estque improbita-
 tum medicina pœna: & cum usum habent mala, ut
 vitentur quæ nobis eueniunt. Ut autem medicis
 in vitionibus, vitiones & sectiones & molesta reme-
 dia adhibentibus: sic homines vacordes & puerili
 sententia, hæc moleste ferunt. Et qui huiusmodi
 rebus & seipsum & alios obseruarit, atque affecti-
 uis animorum animaduertit: is facile nimirum
 intelliget, molesta ista velut ansam præbere animo

*Tandem ul-
 tro & per
 sese, meliora
 amplecti-
 mur.*

*Qua nocet,
 docent.*

corporis & rerum externarum, aut (vt Epicteti
 stri more loquamur) eorum quæ in nostra potest
 sita non sunt, contemtionem. Vt autem co
 rum medicina duplex est, & eius vna pars æg
 corpora curat & per contraria corrigit: altera vi
 ratione & exercitationibus sanitatem tuetur,
 firmat, auget: quædamque exercitationes sunt
 de laboriosæ, nec nisi viris fortibus & constant
 tolerabiles: Sic & animorum auxiliator, non æ
 tantes tantum vitæ difficultatib. curat, sed & se
 exercet, ac saniores & fortiores facit, eorumque
 tutem ad imitationem aliorum illustriorem rec
 Nam etiam sanos hominum animos, vt & vale
 corpora, indigere exercitationibus. in promptu
 Motio enim confirmat, ignauia vero labefacit
 inquit Hippocrates. Cur? Quia ea quæ suam pe
 ctionem semper obtinent, & naturæ suæ conu
 entes actiones: easdem paratas semper atque
 promptu habent. Quæ vero nihil agunt, exercita
 ne egent ad imitationem perpetuæ motionis
 per ignauiam actionis oblita & velut emortua,
 tempus necessitasque postularit, suo muneri de
 Quod enim alias actuosum, alias otiosum est, id
 ob imbecillitatem, actione confirmandum est.

*Deus & sa
 nat agrotos,
 & sanos ex
 exercet.*

*Exercitatio
 cum genere
 certaminis
 cognitione
 habet.*

mnis autem exercitatio iisdem rebus perficitur
 quas principalis actio ad quam exercemur. In
 excitatio ad luctam, iugi luctatione fit: ad cast
 crebro dimicando & verberibus assuescendo.
 etiam ad bellum exercebere si collusor hostem i
 tetur: quoque ii qui vna tirocinium faciunt
 iores robustioresque fuerint, eo magis exercit
 metam suam attinget. Itaque si quis ad id eti
 exerceatur, vt voluptatem contemnat: eum re
 iucundis tractandis ad earum contemtum ass
 scere necesse erit. Si ad ferendum molestiam, o
 est vt molestiarum sit particeps. Si ad timorem
 in res timendas coniciatur. Si ad cruciatus, vt
 bilium Lacedæmone adolescentum flagellatio
 certamen æmuletur, & omnes eas exercitatio

dol.

oris plenas, quæ ad id certamen referuntur: aut
 iustum qui nostra ætate, in viuum carbonem
 ori impositum sufflando periculum faciebat,
 diu ardorem illum tolerare posset. Nam
 citationes a principalibus actionibus ipso gene-
 non differunt, sed paulo maiore facilitate & de-
 ndi, cum nobis visum fuerit facultate. Quo-
 n igitur qui humanos animos nascendi causa
 mittit Deus, vires etiam eis addidit, quibus in-
 sti absque noxa vti rebus terrenis tam allicien-
 s quam terrentibus, easque superare possent:
 vires exercens idem Deus, ne per ignauiam la-
 es & remissiores fierent, neue vsum earum tem-
 postulante cessarent, certamina multa pro-
 it animis. Neque Hercules aut Theseus aut
 genes aut Socrates in tales viros euasissent, nec
 anæ virtutis magnitudo quo vsque progredi
 et eluxisset, nisi & illos cum bestiis immanio-
 s & sceleratis hominibus commisisset, & hos
 ma victus tenuitate ad vitam naturæ consen-
 eam compulisset. Illud quoque attentis non est
 urum, eos qui res aduersas generose pertule-
 , fortiores euadere in posterum. Si enim rerum
 xime formidabilium horrorem assuefactio lu-
 n & iocum facit, vt in eiusmodi certamen non-
 li ob exiguam stipem vltro descendant: quo pa-
 fieri potest, quin rerum leuiorum exercitatio
 ciat, vt ea contemnantur, quæ inexercitatis per-
 lesta videantur? Quæ igitur difficultates & æ-
 anæ habentur, hæ quia siue vt curationes ægro-
 cium, siue vt valentium exercitationes animis
 ibentur, malæ eis esse non possunt. Alioqui
 em modo & medicamenta & gymnasia corpo-
 is grauia, mala diceremus. Cum autem pro di-
 tate tum naturæ tum voluntatis fiant: mala nõ
 at. Quod enim pro dignitate fit, iustum est:
 id iustum, bonum. Ac ne corporibus quidem su-
 natura sensus expertibus, malum est secari aut
 Nam composito, in sua simplicia resolutio non

Salustii pri-
na.

Periculis &
arumnis gli-
scunt animi

Natura &
voluntatis
dignitas.

*Compositi
resolutio nō
est malum.*

*Medicina
Dei saluta-
ris & clemē-
tissima.*

*Medicina
qua faciunt
dolorem, ut
bona haud
sint, tamen
ad parandū
bonum sunt
necessaria.*

Epilogus.

est malum. Quod si corporum medicinam exer-
tem, vrentem, intendentem, membra refecant
& plane sæuos carnifices imitantem, malum
dicimus, sed bonum: si medicis cum gratiam ha-
mus, tum mercedem numeramus: cur in med-
Dei non acquiescimus? Neque enim iracunde
vindictæ cupiditate, nec præter meritum, nequ-
cendi causa quicquam horum facit Deus: sed i-
medici & curatoris & parentis, & ad maximam
litem nostram, & (quo vno verbo rem comp-
totam licet) pro sua diuina bonitate. Multifo-
autem est Dei medicina, vt qui alios morbis, in
ignominia: alios pestilentia, fame, terræ motu
undatione, naufragio, bello: alios pœnis hun-
tus inflictis, medicetur. Neque vero mala hæc
sed bona: siquidem medicari bonum est. Si
autem est qui hæc dicenda esse bona haud cer-
quod non præcipue sint expetenda: qualia ea
proprie bona sunt, esse oportet: non statim ea
vocet, sed ad verum bonum acquirendum ne-
ria, quam ad rem ea necessario requirimus, &
pter illa amplectimur. Nam & sectiones & vlt-
medicas, & id genus alia nemo præcipue spe-
sed desiderio sanitatis illa admittimus, quam
consequi necesse habemus. Ac recte illa nece-
vocarunt sapientes: quæ omnia necesse est ad-
ri, si bono potiri studeamus: quæ quidem &
bona sunt, siquidem ad bonum conducunt, partim
ad valetudinem corporis, partim ad animi sa-
tem, inferiora tamen principalibus bonis: cum
bus ea vulgo conferentes, mala existimant,
vtique sentientes: siquidem per hæc consec-
quæ bona sunt, est necesse. Si igitur propositæ
bitationes profligatæ sunt, & ea quæ fiunt or-
pro dignitate partim naturæ, partim volun-
fiunt, & quidem utilitatis causa fiunt a Deo: c-
procul quiuis cordatus homo & volet ea fieri
fiunt (nisi inuideat iis quibus ius suum tribu-
aut medicina adhibetur) & talem medicinam
ve

trahitur, sincereque diliget, & bene mereri sta-
 te Ac eas quæ obiiciuntur hominibus difficultra-
 uasdam esse medicinas: & eam medicationem
 m qui hac egent, & corporibus & animis pro-
 , quiuis, vt opinor, concesserit. Ipsam vero seu
 i seu corporis ægrotationem, & medicationis
 molestæ & dolorificæ necessitatem: quis bo-
 , & non malum: atque eius auctorem, mali
 rem non existimet? An vero iterandum ea-
 ista mihi? corporis morbum nec ipsi corpori
 nalum, cum & tali natura sit præditum, & ad
 positi spectet dissolutionem, & restitutionem
 licium suis totis, eorumque discessum & libe-
 nem ab habitatione alieno in loco & pugna
 riariorum: nec animo, siquidem eum medicati-
 a illius esse demonstratum est*, & multifari-
 uidenter apparet. Quod si morbus vni corpo-
 t noxius, eiusque interitus: sed animo vtentis
 , & compagi vniuersi, & quæ in eo sunt ele-
 torum & irrequietæ generationis circulo per
 n infinitum progredienti, eo quod vnus inte-
 ortus est alterius, expedire constaret: optimus
 dministrator eius quod corrumpi solet natu-
 & partis deteriorisque interitum, ob præstan-
 & totum & perpetuam generationis seriem
 emserit. At morbidi animi ortus, neque ipsi
 est neque vniuersitati quicquam confert. Eius
 r auctor, mali alicuius est auctor: & qui eum
 auari & ægrotare vult, malus fuerit? Sic ea-
 manere dubitatio videbitur. Quæ ergo mor-
 malitiæ causa sit animo, ex iis quæ prius de
 s nostri & alieni iuris dicta sunt, recordemur:
 ai bonum in eo situm esse, vt secundum natu-
 appetat & declinet, malum in eo quod sit con-
 aturam. Appetitionem autem & declinatio-
 in nobis sitas esse, demonstratum arbitror.
 re ipsi nobis & virtutis causa & vitii sumus.
 e fit, vt & boni laudentur, vt qui bonum ipsum
 te vi sint consecuti, vnde virtus ipsa nomen ha-

*Repetitio lo-
 ci de natura
 corporũ. &
 animorum
 culpa.*

*In Seruias.
 Deterius
 ob salutem
 præstantio-
 ris negligen-
 dum.*

*Animus
 suapte culpa
 vitiosus.*

Animi vitia & virtutem illustrent, & a caelicolis distinguunt, & ad bonum aliquod referuntur.

bere videtur: & reprehenduntur improbi, & non tales esse possent, & ex seordia improbi erint. Nam si hæc extrinsecus infererentur: vol bona aut mala esse desineret, in eiusque locus & necessitas succederet. Deus igitur ne hi dem vllius auctor mali reperietur. Quid vero ipsius morbus animi, quod vitium dicitur, on malum est, sed & ipsum habet aliquid ad hu virtutis constitutionem necessarium? Vt eni nitas horum corporum, sanitas non esset, nisi ra eorum magis etiam ferret vt ægrotarent, se habitudo quædam perennis, nec morbis op retur, cuiusmodi caelicolarum est: sic etiam h norum virtutes animorum, modestia, iustitia dentia, & omnis ille reliquus earum coetus n stare, nisi animorum ea natura esset, vt dep possent. Alioqui virtutibus præditi essent a cis, ac potius diuinis, non humanis: quæ qu tales sunt, vt etiam ad vitium detorqueantur igitur bonæ sunt humanæ virtutes, & valetud spera corporis, nec prima tantum & inaspekt bona promanare a fonte boni oportebat, sed & dia & vltima: eorum quoque bonorum quæ d uarētur, deprauationem existere necesse erat. enim essentiam principalē habent, sed iis quæ accessionis vice adiuncta fuerunt. Conside hoc loco est diuinæ bonitatis excellentia, q corporis interitum, quod vmbrae instar, vt dix cum causarum motu necessario circummagitur num effecerit: tum ipsis ægris caducisque cor bus, ratione coniunctionis cum integris elem & renouationis: tum animis, quorum instrum sunt corpora, qui per eum sanentur: tum quoc uerso illi genito, ad infinitam, vt dictum est, c butionem seruiant: & seipsum ab animi vitio, solum vtcunque vitium videretur, liberarit. mum quod id vt ad bonum necessarium, & ne malum concessione quadam rebus adiunctum Deinde quod hoc ipsum voluntatem animi s

ino iusserit, nec vnquam in rerum naturam trare, nisi ille vellet. Quamobrem non volunt, vt quæ mala non sint, tam a Deo quam a legi- gnoscentur, & malum quodammodo non in- imo voluntarium. Neque enim animus vn- a malum tanquam malum amplectitur, sed vt quædam, alias pecuniam, alias voluptatem oris, aut potentiam aut honorem appetit: no- vero his adiunctam aut plane non videt, aut git, cupiditate adamataram rerum subactus. ideduncque ciectum est e rerum natura perfe- alum. Ac facilius concedi possit, esse id quod modo sit, quam perfectum & arbitrarium ali- humani animi malum existisse. Si quis vero n mali auctorem existimet, vt animi condito- uius animi frustratio & lapsus malum sit: si- em per se mobilis & libera natura animorum m est, mali dicere auctorem necesse est huius itorem. Sin bonum est, & multo iis quæ in do sunt bonū maius & honorabilius: qui ma- tor esse queat is, bonum qui condiderit? Cum r id quod naturæ congruit, & optabile & expe- am sit: quis mortalium (qui quidem humanā tem intellexerit) stirps aut quodlibet brutum al quam homo esse malit? Quamuis enim & s & brutas animantes bona esse dicamus, certo n boni ordine, & inferiora bonis cæteris con- & ad certos vsus a Deo sunt destinata. Iam si etiam in nobis situm est, vt vel boni vel mali s, eiusq; rei potestas nostra est, neque quicquam uod nostram vel voluntatē vel declinationem ex parte vel cogere vel prohibere possit: hæc ra & vis libertatis (meo quidem iudicio) præ- est, & magna, & principalis, atque illius or bonus & potens. Sin ipse animus per sese ab- it, cum ne aberraret penes ipsum esset: quis æ- s aberrationis illius auctor dicatur, quam ipse us, qui principium & causa est tam boni quam ionis a bono, quique a se ipso principium ha-

*τὸ ἀκρίσιον,
συζητῶν.*

*Decipimur
specie boni.*

*Libertas vo-
luntatis ex-
cellens Deo
donum.*

*Homo quæ
quiduis ali-
ud esse ma-
lis.*

beat auersionis? Nam ea causa quæ initio eum
 cit, non simpliciter talem fecit qui auerteretur
 eum qui, si ipsi vellet, minime auerti posset. Si
 voluntas est ipsius animi motus internus, ipse
 causa erit auersionis. Ac observa Dei solertiã. In
 cum in medio eorum quæ semper sursum semper
 deorsum sunt, quædam existere media, quæ
 supernis, alias infernis assimilarentur, & extr
 cum vniuersi perfectione deuincirent, nutus
 & propensio ad inferiora suborta vim habet eam
 auertia recto queat: tantam mediis hisce vim
 pertiit, vt quoad ipsa vellent, inconcussa maner
 & ipse vndecunq; nullius auctor mali conuinc
 tur. Atq; hæc proxi⁹ tractata, non ad ea solum
 tinent, quæ nũc ab Epicteto dicuntur: sed ad ea qu
 declaranda, quæ de mali ortu & causa paulo
 idem docebit. Nam in præsentia quidem hoc
 satis est, cum dicit Epictetus. Velis ea quæ fiunt
 fieri vt fiunt: eum non loqui de animi improbi
 (neque enim ille dixerit, bene agi cum illis, qu
 sua & aliorum improbitate delectentur) sed de
 quæ corpori & rebus externis accidant, quibus
 mo eruditus cuiuscunq; fuerint modi recte vti
 sit, & quo duriora fuerint, eo fructum ex his ca
 vberiore. Nam illa sunt ea quæ fiunt, quæ
 dum ineruditi sumus, nostris appetitionibus &
 clinationibus congruere volumus: non autem
 appetitiones & declinationes, in quibus bonum
 malum nostrum est situm. Hæ enim penes
 sunt, nostrique arbitrii. Quæ autem nostri iuris
 sunt, ea suadet ne studeamus fieri vt volumus, qu
 id nec penes nos sit, nec perpetuo nobis exped
 qui sæpe ea quibus delectamur, quamuis perni
 fa, fieri cupiamus: asperiora vero licet medic
 loco adhibeantur, recusemus.

E P I C T E T V S.

Morbus est corporis impedimentum: instituti
 item, nisi ipse velis. Claudicatio pedis est im
 dimentu

mentum, instituti non item. Quod si singulis in rebus
 uincidunt, consideraris: inuenies eas alterius cu-
 am rei, non tui, esse impedimentum.

SIMPLICIUS.

Qui res secundas sibi esse velit, non id operam
 oportere dixit, ut ea quæ fiunt, ita fiant ut ipse
 sed ut ita fiant ut fiunt. Quibus uerbis simul
 quod nunc propositum est, indicat, externarum
 in difficultates ferendas esse, modice: simul, ut
 or, quiddam quod obiici possit, dissoluit. Ac
 ratio huiusmodi fere mihi esse uidetur. Siqui-
 nostri iuris essent externæ difficultates: vel sic,
 nobis expedient, æquis animis, licet acerbio
 uerint perferendæ. Si uero nostri iuris non sunt,
 arum quælibet alterius cuiusdam: quid mole-
 erimus aliena? Morbus corporis est impedi-
 tum. Et recte in impedimentum dixit, non ma-
 . Neque enim corpori malum est morbus aut
 ritus, ut prius est demonstratum: sed impedi-
 tum actionum illius est claudicatio, qua ipse
 ditus fuit Epicætetus. Quare uerba eius non ex
 sed ex animo deprimuntur. Claudicatio igitur
 is est impedimentum: paupertas impensæ, non
 antatis nisi ipsa velit. Quod si corpus essemus,
 pes, aut pecunia, nostrum ista essent impedi-
 tum. Quia uero nihil horum sumus, sed ani-
 ris rationis particeps, corpore pro instrumento
 us & rebus externis ad ministerium: & quia bo-
 n & malum in uoluntate situm, ab istis non im-
 ditur: ne nos quidem impediri constat, neque no-
 tum esse impedimentum quicquid extrinsecus
 iderit, sed singula alterius alicuius, quorum nos
 nil sumus: eoque ob illa non succensendum, quasi
 tra essent. Ita enim fit, ut uoluntas ob res alienas
 se laboret malo, ægritudine. Et sic id quod propo-
 situm est, demonstratum esse arbitror. Soluit enim
 quod ab utili obiici queat, ut Rhetores dicunt.
 Merit enim aliquis ægrotare aut egere, non esse

*Corporis &
 fortunarum
 incommoda
 non pertinere
 ad animū,
 nec eius esse
 mala.*

*Et agrotum
 & pauperē
 officio posse
 fungi.*

